

aliquādo melior est, imo imitatus iratum. Nam & histriones in pronuntiando nō irati populū mouent, sed iratū bene agentes, & apud iudices itaq; & in concione, & ubicūq; alii eni animi ad nostrū arbitriū agendi sunt, modo iram, modo motū, modo misericordiā, ut alijs incutiāmus, ipsi simulabimus, & saepe id quod ueri affectus nō efficiunt, efficit mutatio affecti. Languidus, inquit, animus est, qui ira caret. Verum est, si nihil habet ira ualentius. Nec latronem oportet esse, nec praedonem, nec misericordem, nec crudellem. Illius nimis mollis animus, huius nimis durus est. Temperatus sit sapiens, & ad res fortius agendas non iram, sed uim adhibeat.

De remedijs Iræ.

Quoniam quæ de ira quarunt tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo autē ut opinor sunt, scilicet ne incidamus in iram, & ne in ira peccemus. Ut in corporū cura, alia de tuenda ualitudine, alia de restituenda præcepta sunt. Ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, ut uincamus. Quædam ad uniuersam uitā pertinentia præcipiunt, ea in educatione, & insuetudine tempora uiuident. Educatio maximā diligentiam plurimūq; profutura desiderat. Facile est enim teneros adhuc animos componere. Difficiler recidunt uitia, quæ nobiscum creuerunt. Opportunissima ad iracundiā feruidi animi natura est. Nam cum elemēta sint quatuor, ignis, aqua, aer, & terra, potestates pares his sunt, frigida, seruida, arida, atq; humida. Et locorū itaq; & animalū & corporū & morum uarietates mixtura elemētorū facit, & proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicuius elemēti maior uis abundauit. Inde quæsdā humidus uocamus aridasq; regiones, & calidas, & frigidās. Eadem animalū & hominū discrimina sunt. Refert quantum quilibet humidus in se calidus contineat. Cuius in illo elemēti portio præualebit, inde mores erunt. Iracundus seruida animi natura faciet. Est enim actuosus & pertinax ignis. Frigida mixtura frigidus facit. Pigrum est enim contra frigus frigus. Volunt itaq; quidā ex nostris irā in pectore moueri esse feruēscere circa cor sanguine. Causa cur hic potissimū assignetur iræ locus, nō alia est, q̄ in toto corpore calidissimū pectus est. Quibus humidū plus inest, eorū paulatim creuit ira quia nō est paratus illis calor, sed motu acquiri. Itaq; puerorū feminaūq; iræ acres magis q̄ graues sunt, leuioreq; dum incipiunt. Siccis atq; uehemēs robustaq; ira est. Sed sine incremēto non multū sibi adiiciens, quia inclinaturū calorem frigus inlequetur. Senes difficiles & queruli sunt. Ut ægri & conualescētes, & quorū aut lassitudi ne, aut detractioe sanguinis exhaustus est calor. In eadē causa sunt siti fameq; rabidi, & quibus exangue corpus est, maligneq; alitur & deficit. Vinū incendit iram, quia calorem auget pro cuiusq; natura. Quidā ebrijs effervescent, quidā saucij. Neq; ulla alia causa est, cur iracundissimi sunt flauis rubensq; q̄bus talis natura calor est, qualis fieri cæteris intra iram solet. Mobilis enim illis agitatulq; sanguis est. Sed quæ admodum natura quosdā procliuos in irā facit, ita multæ incidunt causæ, quæ idem possunt qd natura. Alios morbos aut iniuriā corporū in hoc perduxit, alios labor, & continua puigilia, noctesq; sollicita, & desideria, amoreq;. Quicquid aliud aut corpori nocuit, aut animo, ægram mentē in quærelas parat. Sed ista omnia initia causæq; sunt, plurimūq; potest cōsuetudo, quæ si grauis est, aliud uitiiū alit. Naturā quidē mutare difficile est. Nec licet semel mixta nascentiū elementa cōuertere. Sed in hoc noscere, p̄fuit, ut calentibus ingenijs subtrahat uinum, qd pueris Plato negandū putat, & ignem uetat igne incitari. Nec cibis quidē implendū sunt. Distendunt enim corpora, & animi cū corpore tumescunt. Labor illos citra lassitudinē exerceat, ut minuatur, & nō ut consumatur calor, nimiusq; ille seruo dispumer. Lufus quoq; p̄derunt. Modica enim uoluptas laxat animos & temperat. Humidiorib; siccioribus & frigidis non est ab ira periculū, sed maiora uitia metuenda sunt. Pauor, difficultas & desperatio & suspitiones. Mollienda itaq; fouendaq; talia ingenia, & in lætitiā euocanda sunt. Et quia alijs contra tristitiā remedijs utendū est, Nec dissimilibus tantū ista, sed cōtrarijs curanda sunt, Semper ei occurremus, qd increuerit. Plurimū, inquam, proderit pueros statim salubriter institui. Difficile aut regimen est, quia dare debemus operā, ne aut iram in illis nutriamus, aut indolem retundam. Diligenti obseruatione res indiget. Vtrūq; enim & quod extollendū, & qd deprimentū est, similibus alitur. Facile autem etiam attendentē

Ira in pectore excutitur

A uini ut abstinere se puer

etiam attendentē similia decipiunt. Crescit licentia spiritus, seruitute cōminuit. Assurgit, si laudatur, & in spem sui bonā adducitur. Sed eadem ista insolentiā & iracundiā generant. Sic itaq; inter utrūq; regendus est, ut modo frans utatur, modo stimulis, nihil humile, nihil seruire patiar. Nunq̄ illi necesse sit rogare simpliciter, nec profic rogasse, potius causa suæ & prioribus factis & bonis in futurū promissis dōnetur. In certaminibus equaliū nec uincit illum patiamur, nec irasci. Demus operā, ut familiaris sit his, cūq; cōtendere solet, ut in certamine asuescat nō nocere uelle, sed uincere. Quotiens sui perauerit, & dignū aliquid laude fecerit, attolli nō gestire patiamur. Gaudiū enim exultatio, exultationē tumor, & nimia æstimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentū. In desidiā uero ociūq; nō resoluemus, & procul a contactu deliciarū retinebimus. Nihil enim magis fecit iracundus q̄ educatio mollis & blanda. Ideo unicuique plus indulget, pupillisq; quo plus licet, corruptior animus est. Nō resistet offensis, cui nihil unquā negatum est, cui lachrymas sollicita semper mater absterit, cui de pedagogo satisfactum est. Nō uidet, ut maiore quāq; fortunā maior ira comitetur. In diuitiū nobilibusq; & magistratibus præcipue apparet, cū quicquid leue & inane in animo erat, secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiā nutrit, ubi aures supbas assentatorū turba circumstetit, tibi enim ille respondet, nō p̄ fastigio te tuo metiris, ipse te pro ijs & alia quibus uix sane & ab initio bene fundatæ mētes resisterunt. Longe itaq; ab assentatione pueritia remouenda est. Audiatur uerū, & timeat, interim uereat, semper maioribus assurgat. Nihil p̄ iracundiā exoret. Quod flenti negatū fuerat, quieto offerat, & diuitias parentū in cōspectū habeat, nō in usu. Exprobrent illi perperā facta. Pertinebit ad rē, præceptores pedagogosq; pueris placidos dari. Proximis applicat omne qd tenerū est, & in eorū similitudine crescit. Nutricū & pedagogorū retulere mox in adolecētia mores. Apud Platonem educatus puer, cū ad parētes relatus, uociferantē uideret patrē. Nunq̄, inquit, hoc apud Platonē uidi. Nō dubito quoniam citius patrē q̄ Platonē imitatus sit. Tenuis ante omnia uictus, & nō preciosa uestis, & filis cultus cū equalib; nō irascet alique sibi comparari, quæ ab initio multis parem feceris. Sed hæc ad liberos nostros p̄tinent. In nobis quidē fors nascendi & educatio, nec uitij locū, nec iam præcepti habet. Sequētia ordināda sunt. Contra primas itaq; causas pugnare debemus. Causa aut iracundiæ, opinio iniuriæ est, cui nō facile credendū est, nec apertis quidē manifestisq; statim accedendū est. Quædam enim fallax, ueri speciei ferunt. Dandū semper est tēpus. Veritate enim dies aperit. Ne sint aures criminantib; faciles. Hoc humanæ naturæ uitiū suspectū, notūq; nobis sit, qd quæ in uitiū audimus, libet credim; & ante q̄ iudicemus, irascimur. Quid qd nō criminationib; tantū, sed suspitionib; impellimur, & ex uultu risusq; alieno peiora interpretati, innocentib; irascimur, itaq; agenda est cōtra se causa absentis, & in suspensio ira retinēda. Potest enim pœna dilata exigi, nō potest exacta reuocari. Notus est ille tyrānicida, qui impfecto opere cōprehensus, & ab ipso tortus, ut cōscios indicaret, circumstantes amicos tyranni noiauit q̄bus q̄ maxime charam salutem eius sciebat. Et cū ille singulos ut noiatū fuerant occidit iussisset, interrogauit p̄ antiquis, & quis supesset? Tu, inquit, solus, neminē enim alium cui charus esses reliquit, efficit ira ut tyrānus tyrānicidæ man; accommodaret, & præsidia sua gladio suo cederet. Quāto animosius Alexander, q̄ cū legisset epistolā matris, qua admoinebatur, ut a ueneno Philippi medici caueret, acceptā portione nō ueritus bibit, plus sibi de amico suo credidit, dignus fuit q̄ innocentē haberet, dignus q̄ faceret. Hoc ergo magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius iræ fuit. Quo maior autē moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc, & C. Cæsar ille q̄ uictoria ciuili, demētissimū uisus est. Cum sententiā deprehendisset epistolæ; ad Pompeiū missarū, ab his q̄ uidebant aut in diuersis, aut in neutris fuisse p̄tibus, combussit, q̄bus imoderate solet irasci maluit tamē nō posse. Gratiissimū putant genus ueniæ, nescire qd quisq; peccasset, plurimū mali credulitas facit. Sæpe ne audiendū quidē est, quonia in quibusda rebus fatius est decipi q̄ diffidere. Tollēda ex animo suspitio & cōiectura, fallacissima irramētā. Ille me parū humane salutauit, Ille osculo meo non adhasit, Ille inchoatū sermonē cito abruptus, Ille ad cœnam nō uocauit. Illius uultus auerfior uisus est. Non deerit suspitio argumētatio. Simplicitate opus est, & benigna rerū extimatione. Nihil nisi qd in oculis incurret manifestūq; erit credamus. Et quotiens suspitio nostra uana apparuerit, oburgem; credulitatē.

Dies omnia reuelat.

*

crudelitatem. Hæc enim castigatio consuetudinē efficit nō facile credendi.

Vnde illud sequit̄, ut minimis sordidit̄; rebus nō exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorus, aut mensa negligētius posita. Ad ista concitari inania est, & agræ, & infelicis ualitudinis est, quæ leuis aura cōtraxit. Affecti oculi, quos candida uestis obrubat. Dissolutus delit̄ ijs, cui⁹ latus alieno labore cōdoluūt. Miridē, aiunt, fuisse ex Sybaritarū ciuita- te qui cum uidiisset fodiētē, & alius rāstrū alleuātē, lassum se fieri quæstus, ueruit illud opus in cōspectu suo facere, bilem habere sapiens q̄stus est, qd̄ solijs rosæ dupliciter in- cubisset. Vbi animū simul & corpus uoluptates corrumpere, nihil tolerabile uidet̄, nō quia dura, sed quia molles patimur. Quid em̄ est cur tulsis alicui⁹, aut sternutamentū, aut mu- sca parū curiosē fugata nos in rabie agat, aut obuersatus canis, aut clauis negligētis serui manibus elapsa. Feret ista æquo animo ciuile conuictū, & in gelta & in concione curiaue male dicta, cui⁹ aures tracti subfelli stridor offendit. Perpetief hic famē, & æstiuæ expet- ditiois sitim, q̄ puero male diluenti niuē irascit̄. Nulla itaq; res magis iracundiā alit, q̄ lux- uria. Intēperans & impatiēs dure cōtractandus animus est, ut ictum nō sentiat, nisi gra- uem. Irascimur aut his a q̄bus nec accipe iniuriā potuimus, aut his quibus iniuriā accipe potuimus. Ex prioribus quædā sine cōsensu sunt, ut librum quē minoribus literis scri- ptum sæpe p̄ticimus, & mendosum lacerauim⁹, ut uestimēta quæ quia displicebāt scidi- mus. His irasci q̄ stultū est, quæ iram nostrā nec meruerūt, nec sentiūt, sed nos offendūt uidelicet qui illa fecerūt. Primū sæpe anteq̄ hoc apud nos distinguiam⁹ irascimur. Dein de fortasse ipsi quoq; artifices exculationes iustas afferent. Alios nō potuit melius face- re q̄ fecerit, nec ad tuā contumeliā parum didicit. Alius nō in hoc ut te offenderet fecit. Ad ultimū quid est, demētius, quā bilem in hoies collectā, in res effundere. Atqui ut hic irasci demētis est quæ ania caret, & sic mutis antilibus quæ nullā iniuriā a consilio p̄fer- ctam faciūt. Nocere itaq; nobis possunt, ut ferrum aut lapis, iniuriā quidē facere nō possunt. Atqui cōtemni se quidā putant, ubi equi idem obsequētes alteri equiti, alteri con- tumaces sint, tamq̄ iudicio nō cōsuetudine & arte tractandi. Quædā q̄buldam subiectū ora sunt. At qui ut his irasci stultū est, ita pueris & nō multū a puerorū prudētia distanti- bus. Omnia enim ista peccatū apud æquū iudicē, p̄ innocentia habet̄ imprudentiā. Quæ- dā sunt quæ nocere nō possūt, nullaq; uim nisi beneficā & salutare habet̄. Vt diijmorta- les, q̄ nec uolūt obesse nec possunt. Natura em̄ illis mitis & placida est, tam longe remo- ta ab aliena iniuria q̄ a sua. Demētis itaq; & ignari ueritatis illis imputant scuitiā maris, imodicos imbres, p̄uaciā hyemis. Cū interim nihil horū quæ nobis nocent, pluntq; ad nos p̄prie dirigant̄. Non em̄ nos causa mūdo sumus, hyemē æstiatēq; referendi, suas ista leges habet̄, quibus diuina exercent̄. Nimis nos suspicimus si digni nobis uidemus pro- pter quos tanta moueant̄, nihil ergo horū in nostrā iniuriā sit, imo cōtra. Nihil nō ad sa- lutē. Quædā esse diximus, quæ nocere nō possunt, quædā quæ nolunt. In his erunt boni magistratus parenteq; & p̄ceptores & iudices, quorū castigatio sic accipienda est, quō scalpellū & abstinentiā, & alia quæ p̄futura torquer̄. Affecti sumus p̄na. Succurrat non tantū qd̄ patiamur, sed quid fecerimus, in consiliū de uita nostra mutamur. Si uero ip- si dicere nobis uoluerimus, pluris litem nostrā estimabim⁹. Si uolumus æqui omnīū rerū iudices esse, hoc primū nobis, sua deamus. Neminē nostrū esse sine culpa. Hinc em̄ maxia indignatio oritur nihil peccauit, nihil fecit, imo nihil fateris. Indignamur aliqua ad monitione aut coercionē nos castigatos, cū illo ipso tpe peccemus, quo adicimus male- factis arrogantia & contumaciā. Quis est iste q̄ se p̄fetur oibus legibus innocentē: ut hoc ita sit, q̄ angusta innocentia est ad legem bonū esse: quāto latius officiorū patet, q̄ iuris regula, q̄ multa pietas, hūanitas, liberalitas, iustitia, fides exigit. Quæ omnia extra publicas tabulas sunt. Sed ne ad illā quidem artificiosā innocentia formulā præstare nos possumus, alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauim⁹, alijs fauimus. In q̄buldā innocē- tes sumus, quæ nō successit. Hoc cogitātes ægros simus delinquentibus, credam⁹ obiurgā- tib⁹, utiq; nobis ne irascamur. Cui em̄ nō si nobis quoq; minime d̄ijs. Non em̄ illoꝝ sed lege mortalitatis patimur, quicq; incōmodi accidit. At morbi doloresq; incurrit, utiq; alio fugiendū est, domiciliū putre fortitis. Dicef̄ aliquis male de te locutus, cogita an prior feceris, cogita de q̄ multis loq̄ris. Cogitemus, inquā, alios nō facere iniuriā sed rei ponere.

ponere. Alios p̄ nos facere, Alios coactos facere, Alios ignorātes, & eos q̄ uolētes scien- telq; faciunt, ex iniuriā nostra nō ipam iniuriā petere, aut dulcedine urbanitatis plapfus est. Aut fecit aliq̄d nō ut nobis obesset, sed q̄ cōsequi ipse nō poterat, nisi nos repulisset. Sæpe adulatio dū blandiē offendit. Quisq; ad se rettulerit quorū ipse in suspitionē sal- sam inciderit, q̄ multis officijs suis fortuna ipem iniuriæ induerit, q̄ multos post odiū ama- re cepit, poterit nō statim irasci, utiq; si sibi tacitus ad singula q̄bus offendit dixerit. Is q̄ null⁹ nō uxore cōcupiscit, & satis iustas causas putat amādi, qd̄ aliena est, idē uxore suā aspici nō uult, & fidei acerrim⁹ exactor est p̄fidus, & medacia p̄seq̄tur ipse p̄iurus, & licē sibi inferri ægerrime calūniator patif. Pudicitia seruorū suorū attentari nō uult, q̄ nō pep- cit suæ. Aliena uitia in oculis habem⁹, a tergo nostra sūt. Inde est, q̄ tēpētua filij cōuicia pater deterior filio castigat. Nihil aliena luxuriæ ignoscit, q̄ nihil suæ negauit, & homici- dæ tyrānus irascit̄, & punit furta sacrilegus, magna ps hoim est quæ nō p̄ctis irascit̄, sed peccātibus. Faciet nos moderatores respectus nostri, si cōsulerimus nos. Nūq; & ipi aliqd̄ tale cōsimilimus. Nunq; sic errauimus. Expedit ne nobis ista dānare. Maximū rei mediū est ira mora. Hæc ab illo p̄na inītio nō ut ignofcat, sed ut iudicet, desinet, si ex- pectat, nec uniuersam illā tentabis tollere, graues habet ipetus primos, tota uincef, dum

EX his q̄ nos offendūt, alia renūciant nobis, alia ipsi audimus (partibus carpiē, aut uidem⁹). His q̄ narrata sunt, nō debem⁹ cito credere. Multi em̄tūnt ut deci- piāt, multi q̄ decepti sunt. Alius criminatiōe gratiā captat, & fingit iniuriā, ut ui- deat diluisse, factā. Est aliq; malign⁹ & q̄ amicitias coherētes diuocere uelit. Est suspicax, & q̄ spēctate ludos cupiat, & ex loq̄inquo tutoq; speculet, quos collitit, de pu- la lūma iudicatur, tibi res sine teste nō p̄baref, Testes sine iureiurādo nō ualeret, Vtri q; p̄ri dars actiōne, dares tēpus, nec sef audires. Magis em̄ ueritas elucet, quo sarp⁹ ad manū uenerit. Amicū codēnas de p̄sentib⁹ anteq̄ audias, anteq̄ iteroges, illi anq̄ ad accusatorē suū nosse liceat aut crime, irasceris. Iam uerū itaq; qd̄ utrimq; diceref audist̄. Hic ipē q̄ ad te detulit desinet dicere, si p̄bare debuerit. Nō est, inq; q̄ me p̄trahas. Ego p̄duct⁹ negabo. Alioq; nūq; tibi dicā. Eodē tpe & instigat, & ipse se certamini & pugna subtrahit. Quid dicere tibi nisi dā nō uult, p̄na nō dicit. Quid est iniquus q̄ secreto cre- dere, palā irasci. Quorūdā ipsi testes sum⁹. In his naturā excurtiem⁹ uolūtateq; facientū Puer est, ætati donef, nescit an peccet, pat̄ ē, aut tantū p̄fuit, ut illi donāda iuria ei⁹ sit aut fortasse ipm hoc meritū ei⁹ ē, quo offēdimur. Mulier est, errat, iustus ē necitati, q̄ nisi ini- quis successerit: laelus ē. Nō est iniuriā pati q̄ prior feceris. Iudex ē, plus ill⁹ credas sniæ q̄ tuæ. Rex est, si nocentē punit cede iustitia, si innocentē cede fortuna. Mutū anial est, aut silē muto, imitaris illud, si irasceris. Morbus est aut calamitas, leu⁹ trāsiliet sustinentē, de⁹ est, tā p̄dis operā cū illi irasceris, q̄ cū illū alteri p̄caris iratū. Bonus uir est, q̄ iniuriā fecit, noli credere. Malus, noli mirari, dabit p̄nas alteri q̄s debet tibi, etiā sibi dedit, q̄ pecca- uit. Duo sūt, ut dixi, q̄ iracundiā concitat. Primū si iniuriā uidemur accepisse, de hoc satis dictū est. Deinde si iniq; accepisset, de hoc dicēdū est. Iniqua qdā iudicauit hoies, q̄a patif nō debuerūt, qdā quæ nō sperauerint, indigna putauimus q̄ inopinata sunt. Itaq; maxie cōmouet, q̄ cōtra ipem expectationēq; euenerūt. Nec aliud est q̄re in domesticis mima offendāt. In amicis iniuriā uocem⁹ negligētia. Quō ergo, inq; inimicorū nos iniuriā mo- uer̄: quæ nō expectauim⁹ illas, aut certe nō tātas, hoc efficit amor nostri nimius, iuiolatos nos etiā inimicis iudicam⁹ eē debere. Regis q̄sq; intra se aiunt habet, ut licentiā sibi dari uelit, in se nolit alteri. Aut ignorātia nos itaq; aut insolētia iracidos facit. Ignorātia rerū, Quid em̄ mirū ē malis mala facinora adere: Quid noui ē si inimic⁹ nocer̄. Amic⁹ offen- dit, fili⁹ labif, seru⁹ peccat, Turpissimā aiebat Fabi⁹ Impatori excusationē esse, nō putauit. Ego turpissimā hoi puto. Oia puta, Expecta et i bonis morib⁹ aliqd̄ exister aspi. Fert hūa- na natura iudicatos amicos, fert igratos, fert cupidos, fert ipios. Cū d̄ morib⁹ un⁹ iudicabis de publicis cogita. Vbi maxie gaudebis, maxie metues. Vbi tranquilla tibi oia uident̄, tibi nocturna nō delit, sed gescūt. Sēp futurū aliqd̄ qd̄ te offēdat existima. Gubernator nūq; ita totos sin⁹ explicuit secur⁹, ut nō expedite ad cōtrahēdū armamēta disponderet. Illud an oia cogita, foeda eē & execrabile uim nocēdi, & alienissimā hoi cui⁹, bnificio etiā saua māuefuit. Aspice elephatorū iugo colla submissa, tauroꝝ pueris p̄ter ac fecem̄ plultātū- bus terga ipone calcata, & repetes itra poclā sinuq; itoxio lapsu dracōes & intra domū

Alt. mentes

urforū leonūq; ora placida tractantibus adulantibusq;. Non ergo feras pudebit cū ania libus permutasse mros Nefas est nocere patriæ, ergo cuiq;. Nā hic pars patriæ est. Sancta partes sunt, si uniuersum uenerabile est, ergo & homines. Nam hic in maiore tibi urbe ciuis est. Quid si nocere uelint manus pedibus? manibus oculi? ut oia inter se membra consentiant (quia singula seruari potius interest.) Ita hoies singulis parent, quia ad cœtum geniti sumus. Salua aut esse societas, nisi amore & custodia partium nō potest. Ne uiseras quidē & natrices, & si qua morsu, aut icū nocent affugerimus, si in reliqua mansuefacere possemus aut efficere, ne nobis alij sue periculo essent. Ergo ne ho mini quidē nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet. Nec unq; ad prateritū, sed ad futu rū poena refert. Nō em irascitur, sed cauet. Nam si puniendū est cuiq; prauū malefi cūq; ingeniū est, poena neminē excipiet. At em ira habet aliquā uoluptatē, & dulce est dolore reddere. Minime: Non em ut in beneficijs honestū est merita meritis repenla re, ita iniurias iniurijs. Illic uinci turpe est. Hic uincere. In humanū uerbū est, & quidē p iusto receptū, ultio & talio, nō multū differt nisi ordine, qui dolore regitur tātū excula tius peccat. M. Catonē in balneo quidā percussit imprudens. Quis em illi sciēs faceret iniuriā? Postea satisfaciēti Cato non memini, inquit, percussum me. Melius putauit, nō agnoscere q; uindicare. Nihil, inquit, illi post tantā petulantia malifacium est: Imo multū boni, cœpit Catonē nosse. Magni animi est iniurias despiciere. Vltionis cōtume liosissimum genus est, non esse uisum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi leues iniu rias altius sibi demisere, dum uindicāt. Ille magnus & nobilis est, qui more magna ferae latratus minorū canū securus exaudit. Minus, inquit, contēnemur, si uindicauerim⁹ iniuriā, si tāq; ad remediū sine ira ueniamus, nō quali dulce sit uindicari, sed quali utile.

De simulanda iniuriā.

SAepe aut fatius fuit dissimulare q; ulcisci, potētiorū iniuriā hilari uultu nō patiē ter tantū ferendā sunt. Facient iterū si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimū animi magna fortuna insolentes, quos laeserūt & oderūt. Notissima uox est eius, qui in cultu regum consenuerat. Cum illum quidam interrogaret, quomodo rai rissimam rem in aula consecutus est, scilicet senectutem. Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipsis. Sape adeo iniuriā uindicare nō expedit, ut ne fateri quidē expedit. C. Cæsar passioris splēdidi equitis romani filium cum in custodia habuisset, immūdicij eius, & incultioribus capillis offensus, rogante patre, ut salutem sibi filij cō cederet, quasi de supplicio eius admonitus, ad mortem duci protinus iussit. Ne tamen omnia in humane faceret aduersum patrem ad cœnā illū inuitauit eo die, uenit pastor nihil uultū exprobrante, propinauit illi Cæsar heminā uini, & posuit illi custode, per durauit miser, non aliter q; si filij sanguinem biberet. Vnguentū & coronas misit, & obi seruare iussit, an sumeret. Sumpsit eo die, quo filium exulerat, imo quo non distule rat. Iacebat conuiua centesimus, & potiones uix honestas natalibus liberorum podagri cus senex hauriebat, cum interim non lachrymas emisit, nec dolorem aliquo signo erū pere passus est. Cœnauit tanq; pro filio exorasset. Queris quare? Habebat alterum. Quid ille Priamus nō dissimulauit iram, & regis genua complexus est? Funestam per fusalatq; cruore filij manū, ad os suū retulit, & cœnauit: sed tantū sine unguento, sine co ronis, & illum hostis seuisissimus multis solatijs, ut cibum caperet hortatus est, non ut po cula ingentia super caput posito custode siccaret, contempsisset romanū patrem, si sibi timuisset. Nunc iram cōpescuit pietas. Dignus fuit cui permitteret a conuiuio ad ossa filij legenda discedere. Ne hoc quidem permisit benignus interim & comis adolescens propitiationibus senem crebris, ut cura leniretur, lacessebat. Contra ille se latum & ob litum quid eo esset a cœtum die prædixit. Perirat alter filius, si sacrifici conuiua non pla cuisset. Ergo ira abstinentum est, siue par est qui lacessendus est, siue superior, siue infer rior. Nam cum pare contendere, anceps est. Cum superiore furiosum. Cū inferiore sor didū: Pusilli hominis & miseri est repetere mordentem, ut mures & formica, ad quas si manū admoueris, ora cōuertunt. Imbecilla se lædi putāt, si tangūt. Faciet nos mitiores, si cogitauerimus, quod aliquādo nobis pfuit ille, cui irascimur, & meritis offēsa redime ref. Illud quoq; occurrat quantū cōmedatiōis nobis allatura sit clementia fama & q; mul ti uenia amicos uiles fecerit. Ne irascamur inimicorū & hostiū liberis. Inter Syllanæ crudelitatis

crudelitatis exempla est, quod a R. P. liberos proscriptorū submouit. Nihil est iniquius q; aliq; heredē paterni odij fieri. Cogitemus quotiens ad ignoscēdū difficles erimus, an expedit oēs nobis inexorabiles esse. Quā saepe ueniā qui negauit, petit, q; saepe hic pedibus eius aduoluit est, quē a suis reppulit. Quid est glosius q; ira amicitia mutare? quos. Po. Ro. feliciores habet socios fidelioresq;, q; quos habuit p̄tinacissimos hostes: qd̄ hodie esset imperiū nisi salubris pudentia uictos pm̄iscuisset uictorib⁹: Irascē aliq;. Tu contra, beneficijs prouoca. Cedit statim simulas ab altera parte deserta, nisi pariter nō pugnat, sed si utriq; certabit, ira, cōcurritur. Ille est melior, q; prior pedem retulit. Vi ctus est qui uicit. Percussit te. Recede. Referendo enim, & occasione sapius feriēdi da bis & exculationē nō poteris reuelli cū uoles. Nūq; uelit quisq; tam grauitē hostem fe rire, ut relinquat manū in uulnere, & se ab icū reuocare nō possit. Atqui tale ira telū est, ut uix retrahat. Arma nobis expedita prospicimus, gladiū cōmodū & habilem, nō uita bimus impetus animi his graues magis furiosos & irreuocabiles: Ea demū uelocitas pla cet, quā ubi iussa est, uestigium sistit, nec ultra destinata currit, & quæ fcti & a cursu ad gradū reduci potest. Aegros scimus neruos esse, ubi inuitis nobis mouent. Senex aut in firmi corporis est, qui cū ambulare uult, currit. Animi motus eos putemus sanissimos ua lidissimosq;, qui nostro arbitrio ibunt, nō suo ferent. Nihil tam aq; profut, q; primum intueri deformitatē rei, deinde periculū. Nō est ullius affectus facies turbator, pulcher rima ora fœdatur, toruus uultus ex tranquillissimis reddit. Linq; decor omnis iratos, eti am si amictus illius cōpositus sit ad legē, retrahet uestem, om̄nēq; curam cui effundet. Si capillorū natura uel arte iacentiū nō informis est habitus, cū inanimo inhorrescunt, & tumescit uena. Cōcutit crebro spiritu pectus, rabida uocis eruptio colla distendit. Tūc artus turbidi, inquietæ manibus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse ani mū, cuius extra imago tam fœda est? Quāto illi intra pectus terribilior uultus est, acrior spiritus est, intensior impetus rupturus se nisi eruperit? Quales sunt hostiū uel ferarum cæde madentiū, aut ad cædē euntiū aspectus. Qualia poetæ inferna mōstra finxere, siue cincta serpētibus, & igneo flatu. Quales ad bella excitanda, discordiaq; in populos diui dendā, pacēq; lacerandā deterrimæ inferum exeunt Furie. Talem nobis irā figuremus, flamma, lumina ardentia, sibilio, mugitūq;, & gemitu, & stridore, & si qua his inuisior uox est p̄strepente, tela manu utraq; quatiente. Neq; enim illi tegere se, toruā, cruen tāq; & cicatricolam & uerberib⁹ suis liuidā, incessu uesano effulam, multa caligine incur sitantē, uastantem, fugantēq;, & omniū odio laborantem, sui maxime, si aliter nocere nō possit, terras, maria, cælū ruere cupientē, infestam pariter, inuisamq;. Vel si uides, qualis sit apud uates nostros est, Sanguineū quatiēs dextra læuaq; flagellum. Aut scissa gaudēs uadit discordia palla. Aut si qua magis dira facies excogitari, diri affectus potest. Quibus dam, ut ait Sestius, iratis profuit aspexisse speculū, p̄urbauit illos tanta mutatio sui, ue lut in rem præsentē adducti nō agnouerūt se, & quantulū ex uera deformitate imago il la speculo reperculsa reddebat, animus si ostendi, & si in ulla materia plucē posset, intue tes nos cōfunderet, ater maculosusq;, æstuans, & distortus, & tumidus. Nunc quoq; tan ta deformitas eius est p̄ ossa carnesq;, & tot impedimenta effluētis. Quid si nudus ostē deretur speculo, qui neminē deterritū ab ira credit? Quid ergo, qui ad speculum uene rat, ut se mutaret, iam mutauerat. Iratis quidē nulla est formolior effigies, q; atrox & hor rida, qualesq; esse etiā uideri uolunt. Magis illud uidendū est, q; multis ira per se nocue rit. Alij nimio seruore rupere uenas, & sanguinē supra uires elatus clamor egressit, & lu minū suffudit aciem. In oculos uahementis humor egestus, & in morbos ægri recide re, nulla celerior ad insaniam uia est. Multi itaq; cōtinuauerunt ira furorē, nec quā expu lerāt mentē unq; receperūt. Atacē in mortē egit furor, in furorē ira. Mortē liberis, ege statē sibi, ruinā domui imp̄cant, & irasci se negāt, nō minus q; insanire, furiosi. Amicissi mos hostes, uitādiq; charissimis. Nusq; nisi qua nocēt immemores, ad minima mobiles. Nō sermone, nō officio adiri faciles. Per omia uim gerunt, gladijs & pugnare parati, & incumberē. Maximum enim malum illos cœpit, & omnia exuperans uitia. Alia paula tim intrant. Repentina & uniuersa uis eius est, omnes deniq; alios affectus sibi subiicit. Amorem ardentissimū uincit. Transfoderunt itaq; amata corpora, & in eorum quos oc

ciderant

Alt. dolorem gerit.

Alt. ob audit

† Alt. trepidū

Sestius.

Alt. præstitit

Atacem ira in furorem et mortē com pulit.

ciderant facere complexibus. Auariciam durissimū malū, minimeq; flexibile ira calcauit. Adacta opes suas spargere, & domui, rebusq; in unum collatis in sicere igne. Quid non ambitiosus magno asstimata ira protecit insignia, honorēq; delatū reppulit. Nullus affectus est, in quem non ira dominetur.

Libri secundi de Ira finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE IRA AD NOVATVM LIBER TERTIVS.



Qvod maxime desiderasti Nouate, nunc facere tentabimus, iram excidere animis, aut certe refrenare, & impetus eius inhibere. Id aliquando pax lam aperteq; faciendum est, ubi minor uis mali patitur. Aliquando ex occulto, ubi nimium ardet, omniq; impedimento exasperatur & crescit. Refert quantas uires quanq; integras habeat. Vtrum ne uerberanda & agēda sit, an cedere ei debeamus, dum tempestas prima defauit, ne remedia ipsa secū ferat. Consiliū pro moribus cuiusq; capiendū erit. Quosdam enim preces uincunt. Quidā insulant, instantq; submissis. Quosdā terrēdo placabimus, Alios obiurgatio, Alios confessio, Alios pudor cepto deiecit, Alios mora lentū praeceptis mali remediū, ad quod nouissime descendendū est. Cateri enim affectus dilationē recipiunt, & curari tardius possunt. Haec incitata, & seipsam rapiens uolentia, nō paulatim procedit, sed dū incipit, tota est. Nec aliorū more uitorū sollicitat animos, sed abducit & impotētes sui, cupidōsq; uel cōmunis mali, exagitat. Nec in ea tantū, in qua desinat, sed an occurrentia obiter furit. Catera uitia impellunt animos, ira praecipitat. Cateris etiam, si resistere cōtra affectus suos nō licet, at certe affectibus ipsis licet stare, haec nō secus q; fulmina procellaeq;, & siqua alia irreuocabilia sunt, quia nō eunt, sed cadunt, uim suam magis ac magis tēdit. Alia uitia a ratione, haec a sanitate desciunt. Alia accessus lenes habent, & incrementa fallentia, in ira deiectus, animorum est. Nulla itaq; resurget magis attonita, & in uires sua prona, & siue successit superba, siue frustra infana, ne repulsa quidē in tadium acta, ubi aduersariū fortuna subduxit, in seipsa morsus suos uertit. Nō refert quātū sit, ex quo resurrexerit. Ex leuissimis enim in maxima euadit, Nullam transit aetate, Nullum hominū genus excipit. Quaedā gentes beneficio egestatis non nouere luxuriā. Quaedā quia exerceat & uaga sunt, effugere pigriciā, qbus incultus mos, agrestisq; uita est, circūscriptio ignota est, & fraus & quodcūq; in foro malū nascit: Nulla gens est, quā nō ira infliget, tā inter Gratos q; barbaros potens. Nō minus pernitiōsa leges metuētibus, q; quibus iura distinguit modus uiriū. Deniq; cetera singulos corripit, hic unus affectus est, qui interdum publice cōcipit. Nunq; uniuersus populus scēminae amore flagrauit. Nec in pecunia aut lucrū tota ciuitas spem suā misit. Ambitio uiriū singulos occupat. Impotentia nō est malū publicū. Sape in ira uno agmine itum est, uiri, foeminae, senes, pueri, principes, uulgusq; cōsensere, & tota multitudo paucissimis uerbis cōcitata, ipsum cōcitatore antecessit. Ad arma protinus, ignesq; discursum est, & indicata finitimes bella, aut gesta cū ciuibus. Totae cum stirpe omni crematae domus, & modo eloquio fauorabilis habitus, in multo honore, iram suae cōcionis excepit. In Imperatorē suū legiones pila torserūt, discedit plæbs tota cū patribus, publicū consiliū, senatus, nō expectatis delectibus, nec noiato Impatore, subitos irae suae duces legit, ac p̄ tecta urbis, nobiles cōfectatus uiros, supplicium manu sumpit. Violatae legatiōes rupto iure gentiū, Rabiesq; infanda ciuitate tulit. Nec datū tēpus quo resideret tumor publicus, sed deductae p̄tinus classes, & oneratae tumultuario milite. Sine more, sine auspicijs populus ductu irae suae egressus, fortuita, raptaq; pro armis gessit. Deinde magna clade temeritate audacis ira eluit. Hic barbaris forte ut uētib; in bella exitus est, cū mobiles animos species iniuriae pulcrit, agunt statim, & qua dolor traxit ruinae modo regionibus incidit incopositi, interriti, incauti, pericula appetes sua gaudēt feriri, & inflare ferro, & tela corpore urgere, & p̄ suū uulnus exire. Nō est inquis, dubiū quin magna ista & pestifera sit uis. Ideo quemadmodū sanari debeat mōistra, Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat Aristoteles defensor irae, & uetat illa nobis excari. Calcar ait esse uirtutis. Haec crepta, inermem animum & ad conatus magnos pigrum, inermemq; fieri. Necessarium est itaq; fœditatē eius, ac feritātē coarguere, & ante oculos

Ab. flumina

re oculos ponere quantū monstri sit homo in hominē furens, quātoq; impetu ruat, non sine pernicie sua pernitiosus, & ea deprimens, quae mergi, nisi cū mergente non possunt. Quid ergo sanum hunc aliquis uocat: qui uelut tēpēlate correptus non it, sed agit, & furenti malo fertit? Nec mandat ultionē suam, sed ipse eius exactor, animo simul ac manu fauit. Charissimorum, eorūq; quae mox amissa fleturus est carnifex. Hunc aliquis affectum uirtuti adiutorē comitēq; dat, cōsilia sine quibus uirtus gerit nihil, obturbantē. Caedat sinistrasq; sunt uires, & in malum suū ualida, in quas agrum morbus & accessio erexit. Nō est ergo quod me putes tēpus in superuacuis cōsumere, quod iram, quasi dubiae apud homines opinionis, sic infamē, cū aliquis sit, & quidē de illustribus philosophis, q illi indicat operas, & tanq; utilem ac spiritus subministrantem in praelia, in actus rerū, ad omne quodcūq; calore aliquo gerendum est, uocet. Ne quem fallat tanq; aliquo tempore, aliquo loco profutura. Ostendenda est rabies eius effrenata & attonita, apparatusq; illi reddendus est suus, eculeus & fidicula, & ergastula, & cruces, & circumdati defossis corporibus ignes, & cadauera quoq; trahens uncus, uaria uinculorū genera, uaria poenarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, & bestiarum immaniū cauernae. Inter haec instrumenta collocetur ira, dirum quiddam, atq; horridum stridens, omnibus p̄ quae furit deterior, ut de ceteris dubiū sit, nulli certe affectui peior est uultus, quē in prioribus libris descripsimus, asperū & acrem. Et nūc subito retrorsum, sanguine fugato, palentem, nunc in os, omne calore ac spiritu uerso, subrubicundū, & similem cruento, uenitumētib; oculis nunc tepidis & exilientibus. Nunc in uno obrutu defixis & haerentibus. Adhuc nunc dentū inter se arietatorū, & aliquid esse cupientū, non alium sonū, q̄ est apris, tela sua attritu acuentibus. Adhuc articulorū crepitum, cū se ipsae manus frāgūt, & pulsatum sapius pectus, anhelitus crebros, tractosq; alius gemitus, instabile corpus, incerta uerba subitis exclamationibus, tremētia labra, interdumq; complexa, & dirum quiddam exhibentia. Ferarū, mehercules, siue illas fames exagitat, uel infixū uisceribus ferrum, minus tetra facies est, etiā cum uenatorē suū semianimes morsu ultimo petunt, q; hominis ira flagrantis. Age, si exaudire uoces ac minas uacet, qualia excarnificati animi uerba sunt, nonne reuocare se quisq; ab ira uolet, cum intellexerit illam a suo primum malo incipere? Non uis ergo admoneam eos, qui iram summa potentia exercent, & argumentum uirium existimant, & in magnis, magnae fortunae bonis ponunt paratam ultionem, q; non sit potens, immo nec liber quidem dici possit, ira suae captus? Nō uis admoneam, quo diligentior quisq; sit, & ipse se circumspiciat, alia animi mala ad pessimos quoq; pertinere iracundia etiam eruditīs hominibus, & in alia sanis, irrepere: adeo, ut quidam simplicitatis indicium iracundiā dicant, & uulgo credatur facillimus quisq; huic obnoxius. Quorsus, inquis, hoc pertinet? Ut nemo se iudicet tutum ab illa, cū lentos quoq; natura & placidos in sauciā ac uiolentiā euoct. Quemadmodū aduersus pestilentia nihil potest firmitas corporis, & diligens ualetudinis cura. Promiscue enim imbecilla robustaq; inuadit. Ita ab ira tam inquietis moribus periculum est, q; cōpositis & remissis, quibus eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat. Sed cum primū sit non irasci, Secundū detinere, Tertū alienae irae mederi. Dicam primū quemadmodū iram nō incidamus. Deinde quemadmodū ab illa liberemur. Nouissime quemadmodū irascentem retineamus placemusq;, & ad sanitatem reducamus. Ne irascamur praestabimus, si omnia uitia irae nobis lubidē propofuerimus, & illam bene extimauerimus. Ac uisanda est apud nos, damnanda, perscrutanda eius mala, & in medium protrahenda sunt, ut qualis sit, appareat, comparanda cum pessimis est. Auaricia acquirit & contrahit, quo aliquis melior utatur. Ira incendit. Paucis gratuita est. Iracundus dominus quodam in fugam feruos egit, quosdam in mortem, quanto plus irascento q; id erat, propter quod irascebarur, amisit. Ira patri luctum, marito diuortium attulit, magistratu odium, candidato repuliam. Potior est, inquam, luxuria, quoniam illa sua uoluptate fruitur, haec alieno dolore uincit malignitatem & inuidiam. Illa enim infelicem fieri uolūt, haec facere. Illa fortuitis malis delectantur, haec non potest expectare fortunam. Nocere ei quē odit, non noceri uult. Nihil est simulatibus grauius, has ira cōciliat, Nihil est belio funestius, In hoc pontentiū ira prorumpit. Caterū etiam illa plæbeia ira & priuata, in

Ab. attritorū

Ab. cōp̄sa.

erme &

erme & sine uiribus bellum est. Præterea ira, ut seponamus, quæ mox secutura sunt dāna, insidias, perpetuā ex certaminibus mutuis sollicitudinē, dat poenas dum exigit. Naturā hominis uitiat: illa in amorem hortatur, hæc in odium. Illa prodesse iubet, hæc nocere. Adijce quod cū indignatio eius animi suspecta eueniat, & animosa uideatur, pusillitas est & angusta. Nemo enim nō eo a quo se cōtemptum iudicat, minor est. At ille in gens animus & uerus æstimator sui nō uindictat iniuriā, quia non sentit, ut tela a duro resiliunt, cū dolore cedentis solida feriuntur. Ita nullum magnū animū iniuria ad sensum suum adducit. Fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius uelut nulli penetraibilem telo, omnes iniurias cōtemelasq; respuere. Vltio doloris confessio est. Non est magnus animus, quæ incurrit iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior læsit. Si imbecillior, parce illi: Si potentior, tibi. Nullum est argumentū magnitudinis certius, q̄ nihil posse quo instigeris, accidere. Pars superior mundi & ordinatio ac propinqua sideribus, nec in nubē cogitur, nec in tempestatē impellitur, nec uersatur in turbinem, omni tumultu caret, inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus quietus semper, & in statione trāquila collocatus, intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & uenerabilis ē & dispositus. Quorū nihil inuenies in irato. Quis em̄ traditus dolori & furens nō primā reiecit uerecūdiā: Quis impetu turbidus, & in aliq̄e ruens, nō quicq̄ in se uerecūdiā habuit, abiecit: Cui officioꝝ numerus aut ordo constitit incitato: Quis lingua reperiuit: Quis ullam partē corpis tenuit: Quis se regere potuit immisissum: Proderit nobis illud Democriti salutare præceptū, quo mōstrat tranquillitas, sine quo neq; priuatim, neq; publice multa, aut maiora uiribus nostris egerimus. Nunq̄ tam feliciter in multa discurrenti negocia dies trāsit, ut nō aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quæ animū in iras parat, quemadmodū per frequentia urbis loca propéranti in multos incurritandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi aspergi. Ita in hoc uitæ actu dissipato & uago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. Alius spem nostram sefellit, alius dī stultit, alius interceptit. Nō ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tā dedita est, ut multa tentanti ubiq; respōdeat. Sequitur ergo, ut is cui contra q̄ propofuerat, aliqua cesserunt, impatientis hominū rerūq; sit. Ex leuissimis causis irascitur, nunc persona, nunc negotio, nunc loco, nunc fortuna, nunc sibi. Itaq; ut quietus possit esse animus, nō est iactandus, nec multarū, ut dixi, rerum actu fatigandus, nec magnarū supraq; uires appetitarum. Facile est leuia aptare ceruicibus, & in hanc aut in illam partē transerre sine lapsu. At qui alienis in nos manibus imposita, egre sustinemus, uicti in proximis effundimus, & dum stamus sub sarcina, impares oneri uacillamus. Idē accidere in rebus ciuilibus, ac domesticis scias. Negocia expedita & habilia sequuntur actorē. Ingentia & supra mēsuram agentis, nec dant se facile, & si occupata sunt, premunt atq; adducunt administrantem, qui nō quæ facilia sunt, aggreditur, sed uult facilia esse, quæ aggressus est. Quoties aliq̄ conaberis, te simul & ea quæ paras, quibusq; pararis, ipse metire. Faciet em̄ te asperū poenitentia operis infecti. Hoc interest, utrū quis feruidi sit ingenij, aut frigidi, aut humilis. Generoso repulsa irā exprimet, languido inertiq; tristitiam. Ergo actiones nostræ nec paruæ sint, nec audaces, nec improbæ. In uicinū spes exeat. Nihil conemur qd̄ mox adepti quoq; successisse miremur. Demus operā, ne accipiamus iniuriā quā ferre nescimus. Cū placidissimo & facillimo & minime obnoxio, morosoq; uicēdū est. Sumunt a cōuersantib⁹ mores. Et ut quadā in cōtactos corpe uitia trāsiliūt, ita animus mala sua, proximis tradit. Ebriosos cōuictores in amorē uini traxit. Impudicorū coetus fortēq; & si licet uirū, emollit. Auaricia in proximis uirus suū trāsulit. Eadem ex diuerso ratio uirtutū est, ut omne quod secū habet, mitigent. Nec tam ualetudini p̄ruit utilis regio & salubrius celi, q̄ animis parū firmis in turba meliorū uersari. Quæ res quāto possit, itelliges, si uideris feras quoq; cōuictu nostro mansuescere, nulliq; imani bestia uim suā pmanere, si hominis cōuberniū diu passa est. Retundit̄ omnis asperitas, paulatimq; inter placida dediscit. Accedit huc qd̄ nō tantū exēplo melior fit, quo cū quietis hoibus uiuit, sed qd̄ causas irascēdi nō inuenit, nec uitiū suū exercet. Fugere itaq; debet omnes quos irritatos iracūdiā sciet. Qui sunt, inq̄, isti? Multi ex uarijs causis idē facturi. Offendit te supbus cōceptu, diues cōtumelia, petulās iniuria, liuidus malignitate, pugna cōtentiōe, uentolus

Si iuxta claudum habites subclaudicā / re discēs.

uētosus & mendax uanitate. Nō feres a suspitioso timeri, a pertinace uinci, a delicato fastidiri. Elige simplices faciles, moderatos qui iram tuā nec euocent, & ferant. Magis ad / proderunt submissi & humani, & dulces, nō tamen usq; in adulationē. Nam ira cunctos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster uir bonus, sed ira paratioris, cui non magis erat turum blandiri q̄ maledicere. Cælium oratorē fuisse iracundissimū constat. Cum quo ut aiunt cenabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens, sed difficile erat illi in crapulam coniecto rixam eius cum quo edebat effugere. Optimū iudicauit quicquid dixisset sequi & secundas agere. Non tulit Cælius assentientē sed exclamauit, dic aliqd̄ contra, ut duo simus. Sed ille quoq; quod nō irasceret iratus cito sine aduersario desijt. Eligam⁹ ergo uel hos potius si consicij nobis iracundia sumus, qui uultu nostrū ac sermone sequantur. Facient quidē nos delicatos, & in malam consuetudinē inducent, nihil contra uoluntatē audiendi, sed proderit, uitio suo interuallū & quietem dare. Difficilis quoq; & indomiti natura blandientē feret. Nihil asperum tetrumq; palpanti est, quotiens disputatio longior & pugnatior erit, in prima resistamus anteq; robur accipiat, alit se ipsam cōtentio, & dimissos altius tener. Facilius est se a certamine abstinerere, q̄ abducere. Studia quoq; grauiora iracundis obmittenda sunt, aut certe citra lassitudinem exercenda. Et animus non inter plura uersandus, sed artibus amocens tradendus. Lectio illum carminū obleniat & historia fabulis detineat, mollius delicatiusq; tractetur. Pythagoras pturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat lituos & tubas concitantem esse, sicut quosdā cantus blandimenta, quibus mens resoluatur? Confusis oculis profunt uirentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorundam splendore præstringitur, sic mentes agras studia lata permulcent. Forum aduocationes, iudicia, fugere debemus, & omnia quæ exulcerant uitium, æque cauere lassitudinem corporis. Consumit enim quicquid in nobis mite placidumq; est, & acria cōcitantur. Ideo quibus stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negocij bilem cibem temperent, quam maxime mouet fatigatio, siue quia calorem inedia compellit, & nocet sanguini, curlumq; eius, uenis laboratibus, sistit, siue quia corpus attenuatum & infirmū incumbit animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt ualitudine aut ætate fessi. Fames quoq; & sitis ex eisdem causis uitanda est, exasperat enim & incendit animos. Vetus dictum est. A lasio rixam queri. Aequæ autem & ab eferente, & a sitiente & ab omni homine quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus conuolunt, ita animus affectus, minimis offenditur, adeo ut quosdā salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nunq̄ sine querela agratantur. Optimum est itaq; ad primū mali sensum mederi sibi, tum uerbis quoq; suis minimū libertatis dare, & inhibere impetum. Facile est autem affectus suos cum primū oriuntur deprehendere. Morbum signa præcurrunt. Quemadmodū tempelastis ac pluuia ante ipsas, notæ ueniunt, ita iræ amoris omnīq; istarum procellarum animos uexantium sunt quadam prænuncia. Qui comitali uitio solent corripit, iam aduentare ualitudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorūq; trepidatio est, si memoria sublabitur caputq; uersatur. Solitis itaq; remedijs incipientē calidum occupant, & odore gustuq; quicquid est quod alienat animos repellitur, aut fomentis contra frigus, rigoremq; pugnatur, aut si parum medicina profecit uitauerūt turbam & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suū nosse, & uires eius anteq; spatentur optrimere, uideamus quid sit quod nos maxime concitet. Alium uerborum, alium rerum contumelia mouent. Hic uult nobilitati suæ, hic formæ suæ parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbæ impatiens est, hic contumacia. Ille seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum sæuus est, foris mitis. Ille rogari inuidiā iudicat, hic non rogari contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Scire itaq; oportet quid in te imbecillum sit, ut id maxime protegas. Non expedit omnia uidere, omnia audire, multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus pluraq; nō accipit, qui nescit. Non uis esse iracundus: ne sis curiosus. Qui inquirat quid in se dictum sit, qui malignos sermones etiā si secreto habiti sint, euerit, seipse inquietat. Quædam interpretatio eo pro ducit ut uideatur iniuriæ. Itaq; alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circū / scribendā

A lapsori / xam queri

Festius
focus So-
cratis.

alt. Pifistra
tum.

Alt. Fluctu

Forte ani-
mum.

scribenda multis modis ira est. Plarag; in lufum iocumq; uertantur. Socratem aiunt; co-
lapho percussum nihil amplius dixisse, q̄ molestum esse, quod nescirent homines quā-
do cū galea prodire deberent. Non quoadmodum facta sit iniuria refert, sed quemad-
modū lata. Nec uideo quare & difficilis sit moderatio, cum sciam tyrannorū quoq; tumida
fortunata & licentia ingenia, familiarēq; sibi seruitiam repressisse. Philistratū certe athe-
nensium tyrannum memoria proditur. Cum multa in crudelitate eius ebrius conuiuia
dixisset, nec desissent qui uellent manus ei moderare, & a ius hinc, alius illinc faces sub-
derent, placido animo tulisse, & hoc iritantibus respondisse, nō magis illi se succensere,
q̄ si quis obligatis oculis in se incurrisset. Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspi-
cando, aut laeua aggravando. Sape ad nos ira uenit. Sapius ad nos illam, quae nunq; ac-
censenda est, etiam cum incidit reijciatur. Nemo dicit sibi, hoc propter quod irascor aut
feci aut fecisse potui. Nemo animū facientis, sed ipsum estimat factum. Atqui ille inteu-
endus est, an uoluerit an incidit, coactus sit, an deceptus, odiū secutus sit an praemiū,
sibi morem gesserit, an manū alteri comodauerit; aliquid peccatis aetas facit, aliquid for-
tuna, ut ferre, aut pati, aut humanū, aut humile sit. Eo loco nos constituamus quo ille est
cui irascimur. Nunc facit iracundos iniqua nostri aestimatio & quae facere uellemus pati
nolumus, nemo se differt. Atqui maximū remediū irae dilatio est, ut primus eius seruo
relanguescat, & caligo quae praemit mentē, aut residat, aut minus densa sit. Quaedā ex his
quae te praecipitem ferebant hora nō tantum dies molliet. Quaedam ex toto euanescent
Si nihil erit petita aduocatio, apparebit iudiciū non esse iram, quicquid uoles quale sit
scire tempori trade. Nihil diligenter in ⁊ ductū cernitur. Non potuit impetrare Plato a
se tempus cum seruo suo irascere, sed ponere illum statim tunicam, & praebere scapulas
uerberibus iussit, sua manu ipse percussurus. Postq; intellexit irasci se, sicut sustulerat ma-
num suspensam detinebat, & stabat p̄cussori similis. Interrogatus deinde ab amico, qui
forte interuenerat, quid ageret. Exigo, inquit, poenas ab homine iracundo, uelut stupens,
gestum illum seuitur deformē sapienti uiro, seruabat, oblitus iam serui, quia alium quē
potius castigaret inuenerat. Itaq; abstulit sibi in suos potestatem, & ob peccatū quoddam
comotior. Tu, inquit, Speulippe seruulū istum uerberibus obiurga, nam ego irascor, ob
hoc nō cecidi, propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit, plus faciā q̄ oportet. Liben-
tius faciā. Non sit iste seruus in eius potestate, qui in sua nō est. Aliquis uult irato comi-
mitti ultionē, cum Plato sibi ipse imperium abrogauerit. Nihil tibi liceat dum irascis.
Quare; quia uis omnia licere. Pugna tecum ipse, si iram uiuere nō potes, illa te incipit
uiuere, si abscondit, si illi exitus non datur, Signa eius obruamus, & illam quantum fieri
potest, occultā secretamq; teneamus. Cum magna id nostra molestia fiet. Cupit exilire
& incendere oculos, & mutare faciem, sed si eminere illi extra nos licuit, supra nos est. Ita
imo pectoris secessu recondatur. Feraturq; nō ferat. Imo in contrariū omnia eius indi-
cia flectamus. Vultus remittatur. Vox lenior sit, Gradus lenior, Paulatim cum exterio-
ribus interiora formantur. In Socrate irae signum erat uocem submittere, loqui parcius.
Apparebat tunc illi sibi obstare, Deprehendebat itaq; a familiaribus & coarguebat.
Nec illi exprobratio latitantis irae ingrata. Quid nō gauderet quod iram suā multi intelli-
gerent, nemo sentiret. Sensisset autē, nisi ius amicis obiurgandi se dedisset, sicut ipse sibi
in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendū est. Rogemus amicissimū quē-
q; ut tunc maxime aduersus nos libertate utatur, cum minime illam pati poterimus, nec
assentiat irā nostrā, contra nos potens malum & apud nos gratiosum dum conspici-
mus, dum nostri sumus, aduocemus. Qui unū male seruit & ebrietatis suae temeritatē
ac perulantia metuunt, mandant suis, ut e conuiuio auferantur. In temperantia in mor-
bo suam experti, parere sibi in aduersa ualitudine uerant. Optimum est notis uitis im-
pedimenta prospicere, & ante omnia ita componere animū, ut & grauissimis rebus sub-
tūq; concussus iram aut non sentiat, aut magnitudinē inopinata iniuria exortā in ⁊ alium
retrahat, nec dolorem suum p̄fiteatur. Id fieri posse apparebit, si pauca ex ingenti turba
exempla ptulero, ex quibus utriq; discere licet. Quantū mali habeat ira, ubi hominum
non praepotentū potestate tota utitur, quantū sibi imperare possit ibi metu maiore com-
pressa est. Cambylen regē nimis deditum uino, Traxhexaupes unus ex charissimis mor-
nebat, ut

nebat, ut partius biberet, turpem esse ebrietatem in rege, quem oculi omnium, au-
resq; sequerentur. Ad hoc ille ut scias, inquit, quemadmodum nunquam excidam mihi,
approbabo iam, & oculos post uinum in officio esse & manus. Bibit deinde liberalius q̄
alias capaciorebus cyphis, & iam grauis & uiolentus, ac uiolentus obiurgatoris sui filii
pcedere ultra lumen iubet, alleuataq; super caput sinistra manu staret, tunc intendit arcū
& ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisq; pectore hares in ipso
spiculum ostendit, ac respiciens patrem an satis certam haberet manum interrogauit. At
ille negauit Appollinem potuisse certius dimittere. Dñ illū male perdat, animo magis
q̄ cōditiōne mancipium. Eius rei laudator fuit, cuius nimis arde spectatorem fuisse. Oc-
casionem blanditiarum putauit, pectus filij in duas partes diductum, & cor sub uulnere
palpitans. Controuersiam illi facere de gloria debuit, & reuocare iactum, ut regi liberet
in ipso patre certiore manum extendere. O Regem cruentum. O dignum in quem
omnium suorum arcus uertantur. Cum execrati fuerimus illum conuiuia supplicij su-
neribusq; soluentem, tamen sceleratius telum illud laudatum est, q̄ missum. Videmus
quomodo se pater gerere debuerit, stans super cadauer filij sui, caedemq; illā cuius & te-
stis fuerat & causa, id de quo non agitur apparet iram supprimi posse. Nō maledixit Re-
gi, nullum emisit ne calamitosi quidem uerbum, cum aequae cor suum q̄ filij transfixū ui-
deret, potest dici merito deuorasse uerba. Nam siquid tanq; iratus dixisset, nihil tanq; pa-
ter facere potuisset. Potest, inquam, uideri sapientius se in illo cursu gessisse, q̄ cū de po-
tandi modo praeciperet, quem satius erat uinum q̄ sanguinem bibere, cuius manus pocu-
lis occupari pax erat. Accessit itaq; ad numerum eorum, qui magnis cladibus ostende-
runt, quanti constarent regum amicis bona consilia. Nō dubito quin Harpagus quoq; ta-
le aliquid Regi suo Perlarum suaserit, quo offensus, liberos illi epulados apposuit, & sub-
inde quasi, an placeret conditura. Deinde ut satis illum plenum malis suis uidit, afferri
capita illorum iussit, & quomodo esset acceptus interrogauit. Non defuerit misero uer-
ba, non os concurrat. Apud regem, inquit, omnis caena iucunda est. Quid hac adulario-
ne proficit; ne ad reliquias inuitaretur. Non ueto patrem damnare Regis sui factū, non
ueto quaerere dignam tam truci porteto poenam. Sed hoc interim intelligo, posse etiam
exigentibus malis nascentē iram abscondi, & ad uerba contraria sibi cogi. Necessaria est
ista doloris refrenatio, utiq; hoc sortitis uitae genus, & ad regā adhibitis mensam. Sic edi-
tur apud illos, sic bibitur, sic respondetur. Funeribus suis arridendum est. An tanti sit ui-
ta uidebimus. Alia ista quaestio est, Non consolabimur tam triste ergastulum, nō ad hori-
tabimur ferre imperia carnificum, ostēdemus in omni seruitute apertam libertati uiam,
si aeger animus & suo uitio miser est, huic miserias finire secum licet. Dicam & illi, qui in
regem incidit, sagittis pectora amicorum petentem, & illi cuius dominus liberorum ui-
sceribus patres saturat, quid gemis demens, quid expectas in te? Aut hostis aliquis per
exitum gentis tuae uindictet, aut rex a longinquo potes aduolere. Quocūq; respexeris, ibi
malorum finis est. Vides illum praecipitem locum; illac ad libertatem descenditur. Vi-
des illum mare, uides illum flumen, illum puteum? Libertas illic in imo sedet. Vides illam
arborem, breuem, horridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides iugulum tuum, gut-
tur tuum, cor tuum, effugia seruitutis sunt. Nimis mihi operosus exitus monstras, & mul-
tum animi acrobobis exigentes. Quaris quod sit ad libertatem iter? Qualibet in corpo-
re tuo uena. Quam diu quidem nihil tam intolerabile nobis uidetur, ut nos expellat e ui-
ta, iram in quocūq; erimus statu, remoueamus. Pernitiosa est seruitutibus. Omnis em
indignatio in tormentum suum proficit, & imperia grauiora sentit, quo contumacius pa-
titur. Sic laqueos fera dum iactat astringit, sic aues uiscū dum trepidantes excutiunt, plu-
mis omnibus illinunt. Nulli tam artum est iugum, quod non minus ladat ducentem, q̄
repugnantem. Vnum est leuamentum malorum ingentiū pati, & necessitatibus suis ob-
sequi, sed cum utilis sit seruitutibus affectuum suorum, & huius praecipue rabidi atq; ef-
frenis continentia, ut illor est regibus, perierunt omnia ubi quantum luadet ira, fortuna
permittit, nec diu potest quae multorum malo exercetur potentia stare. Periclitantē em
ubi eos qui separatim gemit, communis metus iunxit. Plaroseq; itaq; modo singuli maeta
uerunt, modo uniuersi, cum illos conferre in unum iras publicos dolor coegisset. Atqui

Harpagus

Aduolet

LIBER TERTIVS

100

Darius
ruas.

pleriq; sic iram quasi insigne regium exercuerūt. Sic Darius, qui primus post ablatū Ma-
gorum imperium, Persas & magnam partem orientis obtinuit. Nam cum bellum Scy-
this indixisset orientem cingentibus, rogatus ab Oraborto nobili sene, ut ex tribus libe-
ris unum in solatium patri relinqueret, duorum opera uteretur, plus q̄ rogabatur polli-
citus. Omnes se illi dixit remissurum, & occisos in conspectu patris abiecit, crudelis fu-
turus, si omnes abduxisset. At quāto Xerxes facilius, qui Pithio quinq; filiorū patri unū
us uacationem petenti, quem uellet eligere permisit, deinde quem elegerat in partes du-
as distractum, ab utroq; uia latere posuit, & hac uictima lastrauit exercitum. Habuit ita
q̄ quem debuit exitum, uictus & late longeq; fufus, ac stratum ubiq; ruinam suā cernēs,
medius inter suorum cadauera incessit, hac barbaris regibus feritas in ira fuit, quos nul-
la eruditio, nullus literarum cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristorelis sinu regem Alexā-
dram, qui Clitum charissimū sibi & una educatum inter epulas misericordia quoq; amice-
rum adulantem, & pigre ex Macedone ac libero, in Persicam seruitutem transeuntem.
Nam Lyfimachus aque familiarem sibi, leoni obiecit. Nunquid ergo hic Lyfimachus
felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc cū ipse regnaret, mitior fuit? Nā The-
lesphorum Rhodium amicum suum undiq; decurtatum, cum aures illi nasumq; absci-
disset, in cauea uelut nouū animal aliquod & inusitatum diu pauit, cū oris detruncati mu-
tilatq; deformitas humanam faciem perdidisset. Accedebat fauēs & squalor & illuui-
es corporis in stercore suo destituti, callosis super hac genibus manibusq;, quas in usum
pedū angustia loci cogebant. Lateribus uero attritu exulceratis, nō minus foeda q̄ terri-
bilis erat forma eius uidentibus. Factusq; poena sua uoluerat, nisi misericordia quoq; amice-
rat, tamen cum dissimillimus esset homini, qui illa patiebatur, dissimilior erat q̄ faciebat.

Xerxis cru-
delitasAlexandri
facilitas.Romano/
rū quorum
dā Caesarū
crudelitas.

Vtinam ista seuitia intra peregrina mansisset, exempla, nec in Romanos mores cū alijs
aduenticijs uitijs suppliciorum, irarumq; barbarie transissent. M. Mario, cui uitanti po-
pulus status posuerat, cui thure & uino. R. P. supplicabat. L. Sylla perfringi crura, crui
oculos, amputari manus iussit, & quasi totiens occideret, quotiens uulnerabat, paulatim
& per singulos artus lacerauit. Quis erat huius imperij minister? Quis nisi Catilina? Iam
omne facinus Marius exercens, si illum ante bustum Quinti Catuli carpebat, grauissimū
mississimi uiri cineribus, supra quos uir mali exempli popularis tamen, & non tam imme-
rito q̄ nimis amatus, per stillicidia sanguinē dabat. Dignus erat Marius, qui illa patere-
tur, Sylla qui iuberet, Catelina qui faceret. Sed indigna. R. P. quae in corpus suū pariter
& hostium & iudicum gladios reciperet. Quid antiqua perscutor? Modo, C. Caesar. Se-
xtum Papinij, cui pater erat consularis, Bethenum Bassum quaestorem suum procura-
toris sui filij, aliosq; & equites Romanos & senatores uno die flagellis cecidit, tortit, non
quaestionis, sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differendae uoluptatis, quam in-
gentem crudelitas sine dilatioe posebat, ut in Cirrha maternorum horroū, quae porti-
cum a ripa separat inambulans, quosdam ex illis cū matronis atq; alijs senatoribus ad lu-
cernam decollaret. Quid instabat? quod periculum, aut priuatū, aut publicū una nox mi-
nabatur? quantum fuit lucem expectare? Deniq; ne senatores populi Romani soleat
occideret. Quā fuerit crudelitas eius superba, ad rem pertinere scire, quamq; aberrare ali-
quando possumus uideri, & in deuium exire, sed hoc ipsum pars erit irae sup solita seuien-
tis. Ceciderat flagellis senatores, ipse effecit, ut dici posset, solet fieri. Torserat per omnia
quae in rerum natura tristissima sunt, fiducialis, tabularibus, eculeo, igne, uultu suo. Et hoc
loco respondebitur, magnam rem, si tres senatores quasi nequam mancipia inter uespe-
ram & flamas diuisit homo, qui de toto senatu cruciando cogitabat, qui optabat ut po-
pulus Romanus unam ceruicem haberet, ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta
in unum iectum & unū diem cogeret. Quid tam inauditum, q̄ nocturnum supplicium?
Cum latrocinium tenebris abscondi soleat. Animaduersiones quo notiores sunt, plus ad
exemplum emendationemq; proficiant, & hoc loco respondebitur mihi, quid tanto pe-
re admiraris? Isti beluae quotidianū est, ad hoc uiuit, ad hoc uigilat, ad hoc lucubrat. Ne-
mo certe inuenietur alius, qui imperauerit silentium his, in quos animaduerti uolebat,
iubebat os, inserta spongia, includi, ne uocis emittendae haberent facultatē. Cui unq; mo-
rituro non est relictum, quo gerneret: timuit ne q̄ liberio rem uocē extremus dolor mit-
teret, ne quid quod nollet audiret. Sciebat autē innumerabilia esse, quae obijcere illi ne-
mo nisi periturus auderet. Cum spongia non inuenirentur, scindi uestimenta miserorū,
& in os farcire pannos imperauit. Quae ista seuitia est? Liceat ultimum spiritum trahere.
Da exitura animae locum, liceat animū non per uulnus emittere. Adijcere his lōgum
est, quos patres occisorum eadem nocte, dimissis per domos centurionibus cōfecit, ad-
est homo misericors, luctu liberauit. Non enim Caij seuitiam, sed irā malum propositū
est scribere, quae non tantum in unum furit, sed gētes totas lancinat, sed urbes, sed flumi-
na exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Perfarum, totius populi nares re-
cidit in Syria Tindentio Colura loci nomen est. Peperisse illū iudicas, quod nō tota ca-
pita praecidit. Nouo genere poenae delectatus est. Tale aliquid passus forent Aethiopes,
qui ob longissimum uitae spacium Macrobij appellantur. In hos enim quia non supinis
manibus exceperant seruitutem, missisq; legis libera responsa dederant, quae cōtume-
liosa reges uocant, Cambyles fremebat, & non prouisis cōmeatibus, non exploratis iti-
neribus per inuā, per arentia traherat omnem bello uillem turbam, cui inter primū iter
deerat necessaria, nec quicq; subministrabat sterilis & inculta humanorū ignota regio,
sustinebant famem primo terrissima frondium, & cacumina arborū, cum coria igne mol-
lita. Et quicquid necessitas cibū fecerat. Postq; inter harenas radices quoq; & herbae de-
fecerat, apparuitq; inops etiam animalium solitudo, decimum quencq; sortiti, alimentū
habuerunt fame seuius. Agebat adhuc ira regem praecipitem, cum partē exercitus ami-
sisset, partem comedisset, donec timuit, ne & ipse uocaretur ad sortem, tum demū signū
receptui dedit. Seruabant interim illi generosa aues, & instrumenta epularum came-
lis uehebantur. Cum sortirentur milites eius, quis male periret, quis peius uiueret. Hic
iratus fuit genti, & ignota & immerita, sensere tantum Cirus fluuium. Nam cum Baby-
loniam oppugnaturus festinaret ad bellū, cuius maxima momenta in occasionibus sunt
Gangē late fufum amnem nando transire tentauit, quod uix tutum est, & cū sensit esta-
te m, & ad minimum deductus est, ibi unus ex his equis, qui trahere regium curram ali-
bi solebant, abruptus uehementer cōmouit regem. Iurauit itaq; amnem illum regis com-
meatus auferentem, eo se redacturum, ut tranfiri calcarisq; etiam a foeminis posset. Huc
deinde omnem transtulit belli apparatus, & tam diu aledit operi, donec. c. & .lxxx. cu-
niculis diuisum alueū in. ccc. & .lx. riuos dispergeret, & sicū relinqueret in diuersum flu-
entibus aquis. Perijt itaq; tempus, & magna in magnis rebus iactura, & militum ardor,
quem in utilis labor fregit & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictū ho-
sti, cum flumine gerit. Hic furor (Quid enim aliud uoces?) Romanos quoq; contigit. C.
enim Caesar uillam in Herculanensi pulcherrimā, quia mater sua aliquando in illa custo-
dita erat, diruit, fecitq; eius per hoc notabile fortunam, stantem enim pranauigabamus,
nunc causa diruta quaritur. Et hac cogitanda sunt exempla quae uires, q̄ illa econtrario,
quae sequaris moderata leuia, quibus nec ad irascendum causa defuit, nec ad ulciscēdum
potestas. Quid enim facilius fuit Antigono, q̄ duos manipulares duci iubere, qui incum-
bentes Regis tabernaculo faciebant, quod homines & periculosissimi & libentissime fa-
ciunt, de Rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter die-
tem & audientem paulum interesset, quem ille leuiter cōmouit, & longius, inquit, disce-
dite, ne uos rex exaudiat. Idem quadam nocte cum quosdam ex militibus suis exaudis-
set, omnia mala imprecantes Regi, qui ipsos in illud iter & in extricabile lutum deduxis-
set, accessit ad eos qui maxime laborabant, & cum ignorantes a quo adiuuarentur expli-
cuisset, nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius uitio in has miseria incidistis. Ei autem
bene optate, qui uos ex hac uoragine eduxit. Idem tā miti animo hostium suorum maledi-
cta q̄ ciuium tulit. Itaq; cum in paruo quodam castello Graeci obsiderentur, & fiducia
loci contententes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc staturā
humile, nunc collisum natum deriderent, gaudeo, inquit, & aliquid boni spero in castri-
meis Silenum habeo, cum hos dicaces fames domuisset, captis sicut mos est, ut eos q̄ mi-
litia utiles erant, in cohortes describeret, ceteros preconio subijceret, id quoq; se nega-
i 3 uit facturum

Ethiopes
cur Macro-
bij appel-
lentur.forte sentie
tantū iratū
fluuius.

Ganges.

C. Caesar.

*

uit facturum fuisse, nisi expeditet his dominum habere, qui tam malā haberet linguam. huius nepos fuit Alexander, qui lanceā in conuiuas suos torquebat, qui ex duobus amicis quos pauloante retuli, Alterū ferā obiecit, alterum sibi. Et his duobus tamen, qui leoni obiectus est, uixit. Non habuit hoc autum ille uitium, ne paternum quidem. Nam si qua alia in Philippo uirtus fuit, & contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni Demochares ad illum Parrhesiastes ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos uenerat. Audita benigne legatione Philippus, dicit, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Exceptit Demochares te, inquit, suscipere. Indignatio circumstantium ad tam inhumanū responsum exorta est, quos Philippus conticefcere iussit, & Therfitem illum saluum, incolu memq; dimittere. At uos ceteri legati, inquit, nunciate Atheniensibus, multo superiores assequi ista dicūt, q̄ qui impune dicta audiūt. Multa & diuus Augustus digna memoria fecit, dixitq; quibus appareat illi iram non imperasse, Timagines historiarum scriptor, quaedam in ipsum, quaedam in uxorem eius, & in totam domum eius dixerat, nec perdidit erit dicta, magis enim circumferatur, & in ore hominum est temeraria urbanitas. Sape enim illum Caesar monuit, ut moderatius lingua uteretur, perseveranti, domo sua interdixit. Postea Timagines in contubernio Pollionis Asinij colēnit, ac tota ciuitate dilectus est. Nullum illi limen praelusa Caesaris domus abstulit, historias quas postea scripserat, recitauit, & combussit, & libros acta Caesaris Augusti continentium in ignem posuit. Inimicitias gessit cum Caesare Augusto, nemo amicitiam eius extimuit. Nemo quasi fulguris ictum refugit. Fuit qui praeberet tam alte cadenti sinum, tulit hoc (ut dixi) Caesar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis rebusq; gessit manus attulerat. Nunq̄ cum hospite inimici sui quaestus est, hoc dumtaxat Pollioni Asinio dixit *τιμωροφει* Paranti, demus exultationem, obstitit, fruire, inquit, mi Pollio, fruire. Et cum Pollio diceret, si iubes Caesar, statim illi domum meam interdica. Hoc me, inquit, putas facturum cum ego uos in gratiam reduxerim? Fuerat enim aliquando Timagini Pollio iratus, nec ullam aliam habuerat causam definendi, q̄ quod Caesar coeperat. Dicat itaq; sibi quisq; quotiens laceffitur. Nunquid potentior sum Philippo? Illi tamen impune maledictum est. Nunquid in domo mea plus possum, q̄ toto orbe terrarum Diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit, a conuitiatore suo se cedere. Quid est? quare ego serui melius hilarius responsum & contumaciorem uultum, & non peruenientem usq; ad me murmurationem, flagellis & compedibus expiem? Quis sum, cuius aures laedi nefas sit? Ignouerunt multi hostibus. Ego non ignoscā pigris, negligentibus, garrulis? Puerum aetas excuset, foeminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit, cogitemus quamdiu placuerit. Sape & alias offendit. Feramus quod diu tulimus. Amicus est, fecit quod noluit. Inimicus est, fecit quod debuit. Prudentiori credamus, Stultiori remittamus, pro quocunq; illud respondeamus nobis. Sapientissimos quoq; uiros multa delinquere. Neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsi excidat. Neminem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum casus impingat. Neminem tam timidum offenderum, qui non in illas dum uitat, incidat. Quomodo homini pusillo solatium in malis fuit. Etiam magnorum uirorum titubare fortunam, & aequiore animo filium in angulo fleuit, qui uidit acerba funera, etiam ex regia duci. Sic animo aequiore feret ab aliquo laedi, ab aliquo contemni, cuiusq; uenit in mentem nullam esse tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccant, cuius non error bonam causam habet? Respiciamus quotiens adolescentia nostra in officio parum diligēs fuerit, in sermone parum modesta, in uino parum temperans. Si iratus est, demus illi spacium, quo dispicere quid fecerit, possit. Se ipse castigabit. Deniq; dabit poenas. Non est quod cum illo paria faciamus. Illud non uenit in dubium, quin se exemerit turbae, & altius steterit quisquis despexit laceffentes, proprium est magnitudinis uerae, non sentire percussum. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit. Sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascit, inconcussus in iniuria perstitit. Qui irascitur motus est. At ille quem modo altiore

Timagines historiarum scriptor.

Timagines historiarum scriptor.

Timagines historiarum scriptor.

modo altiore omni incommodo posui, tenet quodam amplexu summum boni. Nec homini tantum, sed ipsi fortunae responderet, omnia licet facias, minor es, q̄ ut serenitatem meam obducas. Vt haec ratio, qui uitam regendam dedi. Plus mihi nocitura est ira, q̄ iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus est. Ista quousq; me latura sit, incertum est. Non possum, inquis, pati. Graue est iniuriam sustinere. Mentiris. Quis enim iniuriam non potest ferre, qui potest iram? Adhuc nunc, quod id agis ut & iram feras & iniuriam. Quare fers aegri rabiem, & frenetici uerba? puerorum proteruas manus? Nempe quia uideretur nescire, quid faciunt. Quid interest, quo quisq; uitio fiat imprudens? imprudētia par in oibus patrociniū est. Quid ergo, inquis, impune illi erit? Pute ta uelle, tamen non erit. Maxima est enim factae iniuriae poena, fecisse, nec quisq; grauius afficitur, q̄ qui ad supplicium poenitentiae traditur. Deniq; ad conditionem rerum humanarum respiciendum est. Vt omnium accidentium aequi iudices simus. Iniquus autem, qui cōmune uitium singulis obiecit. Non est Aethiopsis inter suos insignitus color. Nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos utrunq; decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut foedum, quod genti suae publicū est. Et ista quae retuli unius regionis atq; anguli consuetudo defendit. Vide nunc quanto in his iustior uenia sit, quae per totum genus humanum uulgata sunt. Omnes inconculti & improvidi sumus, omnes incerti, queruli, ambiciosi. Quid leuioribus uerbis huius publicum abscondo? Omnes mali sumus. Quicquid itaq; in alio reprehenditur, id unusquisq; in suo sinu inuenit. Quid illius pallorem, illius macem notat? Pestilentia est. Placidiore itaq; inuicem sumus. Mali inter malos uiuimus. Vna res nos facere potest quietos? Mutuae facilitatis conuentio. Ille mihi iam nocuit, Ego illi nocere. Sed iam aliqua fortasse laesisti, Sed laedes. Noli aestimare hanc horam, aut hunc diem. Totum inspicere mentis tuae habitum, etiam si nihil mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanari iniuriam, q̄ ulcisci. Multum temporis ultio absumit. Multis se iniurijs obijcit, dum una dolet. Diutius irascimur omnes, q̄ laedimur. Quanto melius est abire in uniuersum, nec uitia uitijs componere. Num quis satis constare sibi uideatur, si malam calcibus repetat, & canem morsur? Ista, inquis, peccare se nesciunt. Primum, q̄ iniquus est, apud quem hominem esse ad impetrandam ueniam nocet. Deinde si cetera animalia hoc ira tuae subducit, quod consilio carent, eo loco tibi sit, quisquis consilio caret. Quid enim habet, an alia multis dissimilia habet, si quod in omni peccato muta defendit, similem habet caliginem mentis, Hac peccauit. Hoc enim primum, hoc extremum. Non est quod illi credas, etiam si dixit, iterum non faciam. Et iste peccabit, & in istum alius, & tota uita inter errores suos uolubabitur. Mansuete immanifecta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet, efficacissime & in ira dicitur. Vtrum aliquando defines, an nunq̄? Si aliquando, satius est iram relinquere, q̄ ab ira relinqui. An semper haec cogitatio durabit? Vides impacatam, q̄ tibi denuncies uitam, qualis enim semper timentis erit. Adhuc nunc, quod nisi bene te ipse succenderis, & subinde causas quibus stimuleris, renouaueris, sua sponte ira discedet, & uires illi dies subtrahet. Quanto satius est a te illam uinci q̄ a se. Huic irascaris, deinde illi, seruis, deinde libertis, parentibus, deinde liberis, notis, deinde ignorantibus. Vbiq; enim causae superflunt, nisi deprecator animus accessit. Hinc te illo furor rapit, & illinc alio, & nouis subinde irritamentis orientibus, continuabitur rabies. Age infelix, & quando amabis? O q̄ bonum tempus in re mala perdis. Quanto nunc latius erat amicos parare, inimicos mitigare, Rempublicam administrare, transferre in res domesticas operam, q̄ circumspicere uulsi aliquid possis facere mali, quod aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori uulnus infligas. Cum id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, etiam si cum inferiorum concursus, uictum liceat accipias, & ad arbitrium tuum omni patientia expositum, saepe nimia uis cedentis, aut articulum loco mouit, aut neruum in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos, multos debiles fecit, etiam ubi patientiae est nata materia. Adhuc nunc, quod nihil tam imbecille natum est, ut sine elidentis periculo pereat. Imbecillos ualentissimis, alias dolor, alias casus exaquat. Quid quod plarag; eorum propter quae irascimur, offendunt nos magis q̄ laedunt. Multum autem

Huius publicus

interest, utrum aliquis uoluptati meae obstat, an desit, eripiat, an non det. Atqui in aequo ponimus, utrum aliquis auferat, an neget. Vtrum spem nostram praecidat aut differat. Vtrum contra nos faciat, an pro se. Amore alterius, an odio nostri, quidam uero non tantum iustas causas standi contra nos, sed etiam honestas habent. Alius patrem tuetur, alius fratrem, alius patrum, alius amicum. His tamen non ignoscimus id faciētibz, quod nisi facerent, improbaremus. Immo quod est incredibile, saepe de facto bene existimamus, de faciente male. At Mehercule uir magnus ac iustus, fortissimū quemq; ex hostibus suis, & pro libertate ac salute patriae pertinacissimum suspexit, & talem sibi ciuem, talem militem contingere optat. Turpe est odisse quem laudes, quanto uero turpius ob id aliquem odisse, propter quod misericordia dignus est. Si captiuus in seruitutem subiectus depreffus reliquias libertatis tenet, nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit. Si ex ocio piger equum uehiculūq; domini cursu non exaequat, si inter quotidianas uigilias seissum somnu oppressit, si rusticum laborem recusat, aut non fortiter obijst, a seruitute urbana & feriatu translatus ad durum opus. Distingamus utrum aliquis non possit, an nolit. Multos absoluemus, si ceperimus ante iudicare q̄ irasci. Nunc autē primum impetum sequimur. Deinde quamuis uana nos concitauerint, perseueramus, ne uideamur coepisse sine causa, & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas irae. Retinemus enim illam & augemus, quasi argumentum sit iuste irascentis grauius irasci. Quanto melius est initia ipsa perspicere, q̄ leuia sint, q̄ innoxia. Quod accide re uides in animalibus mutis, idem in homine deprehendes. Friuolis turbamur & inani bus. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit. Vrsos leonesq; map pa proritat. Omnia quae natura fera ac rabida sunt, consternantur ad ima. Idem in quietis & solidis ingenijs euenit, rerum suspitione feriuntur. Adeo quidem ut interdum iniurias uocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima iracundia materia est. Charissimis enim irascimur, quod minora nobis praestiterint, quam mente concepimus, q̄ quae alij tulerint, cum utriusq; rei paratum remedium sit, magis alteri indulgit, nostra nos sine comparatione delectent. Nunquā erit felix, quem torquetur felicitior. Minus habeo q̄ speraui, sed fortasse plus speraui q̄ debui. Haec ps maxime metuenda est. Hinc perniciosissima irae nascitur, & sanctissima quaeq; in ualura. Diuum lulium plures amici confecerunt q̄ inimici, quorum non expleuerat spes inexplebiles, uoluit quidem ille. Neq; enim quisq; liberalius uictoria usus est, ex qua nihil sibi uindicauit, nisi dispensandi potestatem, sed quemadmodum sufficere tam improbis desyderijs posset, cū tantum omnes concupiscerent, quārum poterat unus? Vidit itaq; strictis circa sellam suam gladijs comilitones suos. Cimbarum Tullium accerrimum pauloante suarum partium defensorum aliosq; post Pompeium, demū post Pompeianos. Haec res sua in Reges arma conuertit, fidissimosq; eo compulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus, & ante quos mori uotum habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent. Inde Dijs quoq; irascimur, quod aliquis nos antecedit, oblitū quātum sequatur a tergo ingentis inuidia. Tanta tamen importunitas hominum est, ut quamuis multum acceperint, iniuriarū loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi praetura, sed consulatum speraueram. Dedit duo decim faeces, sed non fecit ordinarium consulem. A me numerari uolunt annum, sed deest mihi ad sacerdotium, Cooptatus in collegium sum. Sed cur in unum consummā dignitate meam, sed patrimonio nihil cōtulit, & dedit mihi, quae debebat alicui dare, de tuo nihil protulit. Age potius gratias pro his quae accepisti. Reliqua expecta, & nō dum plenum te esse gaude, inter uoluptates est superesse, quod speres. Omnes uicisti, Primū te esse in animo amici tui letare. Multi te uincunt, Consydera quanto antecedas plures q̄ sequaris. Quid si in te maximum uitium quærīs, fallas rationes conficis. Data magno aestimas, accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat. Quibusdā timeamus irasci, quibusdam uereamur, quibusdā fastidiamus. Magnā rē sine dubio fecerimus, si seruulū infelicē in ergastulū miserimus, quod pperamus uerberare statim, crura p̄tinus frangere. Nō p̄ sibi potestas ista, si differet, sine id tempus ueniat, quo ipsi iubeamus. Nunc ex impio irā loquimur, cum illa abierit, tunc uidebimus quanto sit ista lis estimanda. In hoc enim praecipue fallimur

cipue fallimur. Ad ferrum uenimus, ad capitalia supplicia, & uinculis, carcere, fame, uindictam rem, castigandā flagris leuioribus. Quomodo, inquis, nos iubes intueri q̄ omnia per quae laedi uideamur exigua misera puerilia sint? Ego uero nihil magis saluerim, q̄ sum mere ingentem animum, & haec propter quae litigamus, discurrimus, an haelamus, uidere q̄ humilia & abiecta sint, Nulli qui altum quiddā aut magnificum cogitant respicienda. Circa pecuniam plurimū uociferationis est, haec fora defatigat, patres, liberofq; committit. Venena miscet, Gladios tam percussoribus q̄ legionibus tradit. Haec est sanguine nostro delibuta. Propter hanc uxorū maritorumq; noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratū praemit turba. Reges sauiunt rapiuntq; & ciuitates longo saeculorum labore constructas euertunt. Vt aurum argentūq; in cinere urbium scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimentur. Fremitu iudiciorum basilicā resonant, euocati qui longinquis regionibus iudices sedeant, iudicatu ri, utrius iustior auaritia est. Quid si nō propter fiscum quidem, sed pugnum aris, aut imputatum a seruo denarium, senex sine haerede moriturus stomacho dirumpitur? Quid si propter usuram aut millestimā, ualitudinarius foenerator distortis pedibus, & manibus ad comparandum non relicto, clamat, ac per uadimonia asse suos in ipsius morbi accessionibus uindicat, Si totam mihi ex omnibus metallis, quae cum maxime deprimimus pecuniam proferas, Si in medium proijcias, quicquid thesauri tegit, auaritia iterum sub terras referente quae male egeserat, omnem istam congeriem dignam non autem quae frontem uiri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quae nobis lachrymas educunt. Cedo nunc persequere caetera, cibos, potiones, horumq; causa paratam ambitionē munditias, uerbera, contumelias, & motus corporum parum honorificos, & suspensiones & contumacia iumenta, & pigra mancipia, interpretationes malignas uocis alienae, quibus efficitur, ut inter iniurias naturae numeretur sermo homini datus. Crede mihi leuia sunt, propter quae non leuiter exandescimus, qualia quae pueros in rixam & iurgium cōcitant. Nihil ex his quae tam tristes agimus saeuum est, nihil magnum. Inde, inquam, uobis ira & insania est, quod exigua magna existimatis. Auferre hic mihi haereditatem uoluit. Hic me, dum spei suprema captus est criminat. Hic scortum meū concupiuit. Quod uinculum amoris esse debebat, seditionis atq; odij causa est. Idem uelle, iter angustū, rixas transeūtiū concitat, diffusa & late patens uia ne populos quidem collidit. Ista quae appetitis quia exigua sunt nec possunt ad alterum, nisi alteri erepta transferri, eadem affectantibus pugnam & iurgia excitant. Respondisse tibi indignaris libertūq; & uxorem & clientem, Deinde idem de R. P. libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. Rursum si rucuit interrogatus, contumaciam uocas, & loquatur & taceat & rideat coram domino inquis imo coram patrefamilia. Quid clamas? Quid uociferaris? Quid flagella media coena petis, quod serui loquantur quod nō eodem loco, turba concionis est, quo silentium solitudinis. In hoc habes aures, ut non nisi modulata tantum & mollia, & ex dulci tracta compositaq; accipiant, & risum audias oportet, & stertum, & blanditias, & lites, & prospera, & tristia, & hominum uoces, & fremitus animalium, latratūq;. Quid miser expauescis, & ad clamorē serui, & ad tinnitum aris, aut ianuae impulsū? cum tam delicatus fueris, tonitrua audienda sunt. Quod de auribus dictum, transferunt ad oculos, qui non minus fastidio laborant si male instituti sunt, macula offenduntur, & sordibus & argento parum splendido, & stagno nō ad solem perlucente. Hi nempe oculi qui non ferunt nisi uariā ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam unis, qui nolunt domi nisi auro praeciosa calcare, aequissimo animo foris & scabras luto, saq; semitas spectent, & maiorem partem occurrētium squalidam, parietes insularum exelos, ruinosos, inaequales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat, domi moueat, quā opinio illic aequa & patiens, domi morosa & querula. Omnes sensus p̄dendū sunt ad firmitatē, natura patietes sunt, si animus illos desit corrūpere, qui quotidie ad rōnem reddendā uocandus est. Faciebat hoc Sextius, Vt cōsumato die cū se ad nocturnā quietē recepisset, interrogaret animū suū qd̄ hodie malū tuū sanasti? cui uitio obstitisti? qua parte melior es? desinet ira, & erit moderatior q̄ sciet sibi quotidie ad iudicē esse ueniendum.

pecunia di
scordiarū
fons.

*

II
105

esse ueniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiēdi totum diem, qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, q̄ tranquillius altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator, sui cenforq; secretus cognoscat de moribus suis. Vtor hac potestate, & quotidie apud me causam dico, cum sublatum e cōspectu lumen est, & conticuit uxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo, quare enim quicq; ex erroribus meis timeam, cum possum dicere, Vide ne istud amplius facias, nūc tibi ignosco. In illa disputatione pugnantius locutus es. Noli postea congrēdi cum imperitis. Nolo discere, qui nūcq; didicerunt. Illum liberius admonuisti q̄ debebas, itaq; non emēdasti, sed offendisti. De cetero uide, ne non tantum an uerum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur, ueri patiens sit. Admoneri bonus gaudet, pessimus quicq; correptorem asperrime patitur. In conuiuio quorundam te sales, & in dolorem tuum iacta uerba tetigerunt. Vitare uulgares conuictus memento, solutior est post unum licentia, quia nūc ne sobrijs quidem pudor est. Iratum uidisti amicum tuum hostiarum caudicis alicuius, aut uidisti, quod intransentem submouerat, & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo cathenario cani, & hic cum multū latrauit, obiecto cibo mansuecit. Recede longius & ride. Nunc iste aliquid se putat, quod custodit litigatorum turba limem obsessum. Nunc ille qui intra iacet felix, fortunatusq; est, & beati hominis ac potentis iudicari inditium, difficilem sanam, nescit durissimū esse hostium carceris. Præsume animo multa esse tibi patiēda. Num quis se hyeme algerie miratur? Num qs in mare nauigare, in uia concurit? fortis est animus, ad quā preparatus uenit, minus honorato loco positus, irasci cepisti conuiuatori, uocatori, ipsi qui tibi præferbatur. Demens, quid interest quam lecti pramas partem? Honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinum? Nō aquis quendam oculis uidisti, quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hāc legem? Ergo te Ennius quo non delectaris odisset, & Hortensius simulates tibi indiceret, & Cicero si derideres carmina eius inimicus eslet. Vis tu æquo anio pati candidatus suffragia. Cōtumuliam tibi fecit aliquis. Nunquid maiorem q̄ Diogeni philosopho stoico. Cui de ira cum maxime differenti adolescens proteruus inspuit, tulit hoc leuiter ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor, sed dubio tamen an irasci oporteat, quanto uidetur melius, cui cū causam agentis in frontem mediam quantū poterat, attrācta pingui salua, inspuit. Lentulus ille patrum nostrorum memoria factiosus & impotens, absterfit faciem, & affirmabo, inquit, omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Contingit iam nobis. No uate bene componere animū, si aut non sentit iracundiam, aut superior est. Videamus quomō alienam iram leniamus, nec enim sani esse tantum uolumus, sed sanare. Primam iram non audebimus oratione mulcere, surda est & amens, dabimus illi spacium, remedia in remissionibus profunt, nec oculos tumentes tentabimus uim rigentem mouēdo incitaturi. Nec cetera uitia dum feruent, initia morborum quies curat. Quātulū, inquis, prodest remedium tuum, si sua sponte definētem iram placat? Primum ut citius desinat efficit, deinde custodiet ne recidat, ipsum quoq; impetum quem nō audet lenire, fallat. Remouebit omnia ultionis instrumenta. Simulabit iram, ut tanq; adiutor & doloris comes plus auctoritatis in consilijs habeat, moras necet, & dum maiorem querit poenā, præsentem differt. Omni arte requiem furori dabit. Si uehementior erit, aut pudorem illi cui nō resistit, incutiet, aut metum. Si infirmior, sermones infert uel gratos, uel nouos, & ad cupiditatem cognoscendi uocabit. Medicum, aiunt, cum regis filium curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scapellum spongia tetrum induxisset. Repugnasset puella remedio palam admoto, eadem quia non expecta uir, dolorem tulit. Quædam non nisi decepta sanantur. Alteri dices, Vide ne inimicis iracūdia tua uoluptati sit. Alteri, Vide ne magnitudo animi tui creditiq; apud plerosq; rotur cadat. Indignor Mehercule, & nō inuenio dolēdi modū, sed tēpus expectandū est, dabit poenas. Serua istud in anio tuo cū potueris, & p̄ mora reddes, castigare yō irascēte, & ultro obuia ire ei, incitare est. Varie aggredieris blandeq; nisi forte tāta p̄sona eris, ut possis irā cōminuere, quæ admodū fecit Diuus Augustus, cū cōnaret apud Nediū polionem, fregerat unus crystallinus ex seruis, rapi eum Nediū iussit, nec uulgari quidem periturū

periturum morte, murens obijci iubebatur, quas ingens piscina continebat. Quis non hoc illum putare luxuria causa facere? seuitia erat. Eualit e manibus puer, & cōquis ad Cælaris pades, nihil aliud petiturus, q̄ ut aliter periret, ne esca fieret, motus est nouitate crudelitatis Cælar, & illum quidem dimitti, & chrystallina ante omnia coram se frāgi iussit, compleriq; piscinā. Fuit Cælar sic castigandus amicus, bene usus est uiribus suis. E cō uiuio rapi homines imperas, & noui generis poenis lacerari? Sic calix tuus fractus, uiscera hominis distrahentur. Tantum tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas, ubi Cælar est? Sic instandum potentia est, ut ira ex superiori loco aggredi possit, male tractant, ac tale dūtaxat, qualem modo retuli. Feram immanem, sanguinariam, quæ iam insanabilis est, nisi maius aliquid extimuit. Pacem demus animo, quam dabit præceptorum salutarium assidua meditatio, actusq; rerum boni, & intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Cōscientia fatisciat, nil in famam laboremus, sequatur uel mala de bene meritis. At uulgus animosa miratur, & audaces in honore sunt. Placidi pro inertibus habentur. Primo forsitan aspectu, sed simul ac æqualitas uitæ fidem facit. Nō legnitiū illam animi esse sed pacem, ueneratur illos populus, idemq; colit. Nihil ergo habet in se uile teter iste & hostilis affectus. At omnia econtrario mala, ferrū, ignes, pudore calcato, cadibus inquit nauit manus, membra liberorum dispersit. Nihil uacuum reliquit a scelere, nō gloria memor, nō infamia metuens inemendabilis, cum ex ira in odiū obcalluit. Careamus hoc malo, purgemusq; mentem, & extirpemus radicibus ea uitia, quæ q̄uis tenuia undecūq; hæserint, renascuntur, & iram nō temperemus, sed ex toto remoueamus. Quod em̄ mala rei temperamentū est? Poterimus autem, adnitamur modo. Nec ulla res magis proderit, q̄ cogitatio mortalitatis. Sibi quisq; & alteri dicat. Quid iuuat tanq; in aternū genitos iras induceret, & breuissimam ætatem dissipare? Quid iuuat dies, quos in uoluptatem honestam impendere licet, in dolorem alicuius tormentumq; transferre? Non capiunt res istæ iacturam, nec temus uacat perdere. Quid iuuat tanq; in pugnam? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis obliiti ingentia odia suscipimus, & ad frangē dum fragiles confurgimus? Iam istas inimicitias, quas implacabilis gerimus animo, febris aut aliud malum corporis uetabit geri. Iam per acerrimū media mors dirimet. Quid tu multuamur, & uitam seditiosū conturbamus? Stat super caput fatum, & pereūtis dies imputat, propiusq; ac propius accedit. Istud tēpus quod aliena destinas morti, fortasse cūtra tuam est. Quin potius uitam breuem colligis, placidamq; & tibi & cæteris præstas? Quin potius amabilem te, dum uiuis omnibus, desiderabilem cum excesseris, reddis. Et qd̄ illum nimis ex alto tecum agentem detrahere cupis? Quid illum oblatrantem tibi, humilem quidem & contemptum, sed superioribus acidum ac molestū exterrere uiribus tuis tentas? Quid seruo? Quid domino? Quid regi? Quid cliēti tuo irasceris? Sine paulum. Venit ecce mors, quæ nos pares faciat. Videre solemus inter matutina harēna spectacula, tauri & ursi pugnam inter se colligatorum, quos cum alter alterum uexarit suus confector spectat, idem facimus. Aliquem nobiscum alligatum lacesimus, cū uictio uictoriq; finis æque maturus immineat. Quietū potius pacatiq; quātulumcūq; superest, exigamus, nulli cadauer nostrum iaceat inuisum. Sæpe rixam cōclamantiū in uicinio incendium soluit, & interuentus fera, latronem uiatoremq; diducit. Colluctari cū minoribus malis non uacat, ubi metus maior apparuit. Quid nobis cum dimicatione & insidijs? Nunquid amplius isti cui irasceris q̄ mortem optas? etiam te quiescentē morietur, perdis operā. Facere uis, quod futurum est. Nolo, inquis, utiq; occidere, sed exilio, sed ignominia, sed damno afficere. Magis ignosco ei, qui uulnus inimici, q̄ qui punctū uiculam concupiscit, hic enim non tantum mali animi est, sed pusilli, siue de ultimis suppli cijs cogitas, siue de leuioribus, quantum est temporis, quo aut ille poena sua torqueatur, aut tu malum gaudium ex aliena percipias. Iam ipsum spiritum expuimus, interim dum trahimus. Dum inter homines sumus, colamus humanitatē, non timori cuiq; non periculo simus, detrimenta, iniurias, conuitia, uelicationes contemnamus, & magno animo breuia feramus incōmoda, dum respicimus (quod aiunt) uerlamusq; nos, immortalitas aderit.

Tertij & ultimi libri de Ira finis.

Scribere



SCRIBERE de clementia Nero Caesar instituit, ut quodammodo speculi uice fungeret, & te tibi ostenderem peruenturum ad uoluptatem maximam omnium. Quamuis enim recte factorum uerus fructus sit fecisse, nec ullum uirtutum precium dignum illis extra ipsas sit. Iuuat inspicere & circuire bonam conscientiam. Tum immittere oculos in hanc immensam multitudinem, discordem, seditiosam, impotentem, in perniciem alienam, suamque pariter, exultaturam, si hoc iugum fregerit. Ita loquitur secus, Ego ne ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris deorum uice fungerer. Ego uitae necisque arbiter gentibus, qualem quisque sortem, statumque habeat, in manu mea positum est. Quid cuique mortalium fortuna datur uelut meo ore pronunciat. Et nostro responso laetitiae causas, populi urbesque concipiunt. Nulla pars usque nisi uolente propicioque me floret. Haec tot milia gladio: quae pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur, quas nationes funditus excidi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus cripi, quos reges mancipia fieri, quorumque capti regium circundari decus oporteat, quae ruant urbes, quae oriantur, mei iuridicatio est. In hac tanta facultate rerum, non ira me ad iniqua supplicia compulsi, non iuuenilis impetus, non temeritas hominum & contumelia, quae saepe tranquillissimis quoque pectoribus patientiam extorsit, non ipsa ostentanda per terrores potentiae, dira & frequens magnis imperiis gloria. Conditum, immo strictum apud me ferrum est. Summa parsimonia etiam uilissimi sanguinis. Nemo non cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus, seueritatem abditam ac clementiam in promptu habeo. Sic me custodio tanquam legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem reuocauit, rationem redditurus sum. Alterius aetate prima motus sum, alterius ultima. Alium dignitati donauit, alium humilitati, quotiens nulla inueneram misericordiae causam mihi peperi. Hodie Dominus immortalibus, si a me rationem repetant, annumerare genus humanum paratus sum. Potes hoc Caesar praedicare audacter, omniaque in fida tutela haberi. Nihil per te, neque uis, neque clam a te Reipublicae ereptum rarissimam laudem, & nulli adhuc principum concessam concupisisti innocentiam. Non perdis operam, nec bonitas ista tua singularis, ingratos aut malignos aestimatores nata est. Refertur tibi gratia. Nemo unus homo uni homini tam carus unquam fuit, quam tu pro populo Romano. Magnum longumque eius bonum, sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam Diuum Augustum, nec Tiberij Caesaris prima tempora loquitur. Nec quod te imitari uelit, exemplar extra te quarit, principatus tuus ad Augustum exigitur, difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas fuisset, sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre fictam. Ficta cito in naturam suam recidunt, quibus ueritas subest, quaeque (ut ita dicam) ex folido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt. Magnam adibat Albam populus Romanus, cum incertum esset quo se statu nobilis indoles daret. Iam uota publica in tuto sunt. Nec enim periculum est, ne te subita tua capiat obliuio. Facit enim auidos nimia felicitas, nec tam temperata cupiditates sunt unquam, ut in eo quod contingit, desinant. Gradus a magnis ad maiora fit, & spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti. Omnibus tamen nunc ciuibus tuis, & haec confessio exprimit esse felices. Et illa nihil iam his accidere bonis posse, nisi ut perpetua sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est securitas sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est securitas sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est securitas sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionem, qua nulla in homine tardior est securitas sint.

Etam nalde innocentia sua placeat, ut non stare in conspectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat. Saepe autem aliquos scio, qui clementia pessimum quaeque putent sustineri, quoniam nisi post crimen superuacua est, & sola haec uirtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium

num omnium sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est. Ita clementiam quibus poena digni inuocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet hoc clementia in persona quoque innocencum locum, quia interim fortuna pro culpa est, nec innocenti aetate clementia succurrit, sed saepe uirtuti, quoniam quidem conditione temporum incidunt quaedam, quae possunt laudate puniri. Ad haec quod magna pars hominum est, quae reuerti ad innocentiam possit. Sed non tamen uulgo ignoscere decet. Na ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur, & uitiorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscua habere ac uulgarē clementiam oportet, nec absconditam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Modum tenere debemus, sed quia difficile est temperamentum. Quicquid aequo plus futurum est, in parte humaniore ponderet. Sed haec suo loco melius dicetur.

Nunc in tres partes omnem hanc materiam diuidam. Prima erit manumissio. Secunda quae naturam clementiae habitumque demonstrat. Nam cum sint uita quaedam uirtutes imitantia, non possunt discerni, nisi signa quibus dignoscantur impresseris. Tertio loco quaremus, quo ad hanc uirtutem perducatur animus, quomodo confirmetur, & usum suam faciat. Nulla uero ex omnibus uirtutum magis hominum conuenire scimus, quam clementiam, cum sit nulla humanior. Constat igitur necesse est non solum intra nos, qui hominem sociale animal, communi bono genitum uideri uolumus, sed etiam inter illos qui hominem uoluptati donant, quorum omnia dicta factaque ad utilitatem suam spectant. Nam si quietem petit & otium hanc uirtutem naturae suae natum est, quae pacem amat, & manus retinet. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quam regem ac principem decet. Ista enim uirtutes, magnis uiris decori gloriaeque sunt, si illis salutaris poenitentia est. Natura pestifera uis est, ualere ad nocendum, illius demum magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra esse, quam pro se sciunt. Cuius curam excubare pro salute singulorum, atque uniuersorum quotidie experiuntur, quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal e cubili profliret diffugiunt, sed tanquam ad clarum ac benedicum sydus certatim aduolat, obijcere se pro illo mucronibus infidiatum paratissimi, & substernere corpora sua, si prostragem illi humanam iter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubijs muniant, latera obiecti circumfusis defendunt. Incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusque consensus. Sic protegendam amandisque reges, & se suaque iactandi quocumque desiderauerit imperatoris salus. Nec haec uilitas sui est, aut demerita pro uno capite tot milia excipere ferrum, ac multis moribus unam animam redimere, nonnunquam senis & inualidi. Quemadmodum totum corpus animo deseruit, & cum hoc tanto maius, tantoque speciosius sit ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latet incertus, tamen manus & pedes & oculi negotium illi gerunt, illum haec cutis munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus. Cum ille imperauit siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutatur, siue ambitiosus iam dudum dexteram flammis obiectimus, aut uoluntarie sublimimus. Sic haec immensa multitudo, unius anima circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione flebitur. Pressura se ac stratura uiribus suis, nisi consilio sustineretur.

Quam itaque incolumitate amant, cum pro uno homine denas legiones in acie deducunt, cum in prima fronte percurrunt, & aduersa uulneribus pectora ferunt, ne imperatoris sui signa uertantur. Ille est enim uinculum, per quod respiciunt, ille spiritus uitalis quem haec tot milia trahunt, nihil ipsa per se futura cohaeret, si praeda, si mens illa imperij subtrahatur. Rege incolumi mens omnibus una, amisso rumpere fidem. Hic casus romanae pacis exitus erit. Hic tanti fortunae populi in ruinas aget. Tam diu ab isto periculo aberit hic populus, quam diu sciet ferre frenos, quos si quando abruperit, uel aliquo casu discussis reponi sibi passus non erit, haec unitas & hic maximus imperij contextus, in partes multas dissiliet. Idemque huic urbi dominandi finis erit, qui parendi fuit. Ideo principes regesque, & quocumque alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum armari ultra priuatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur ut is quoque crior sit, in quem se respiciunt conuertit. Olim enim ita se induit reipublicae, ut deduci alterum non posset sine

k utriusque pnicie

utriusq; pernicie. Nam ut illi iuribus opus est, ita & huic capite.

Longius uidetur recessisse a proposito oratio mea. At mehercule rem ipsam præmis. Nam liquid adhuc colligitur, animus rei publicæ tuæ, illa corpus tuum. Vides ut puto quæ necessaria clementia sit Tibi em parca, cum uideris alteri parcere. Parcendū itaq; est etiā improbandis ciuibus non aliter quæ membris languentibus. Et si quando misso sanguine opus est, sustinendū est, ne ultra quæ necesse sit incidat. Est ergo ut dicebam. Clementia omnibus quidē in maiore materia apparet. Quātulū enim nocet priuata crudelitate. Principum fauitia bellū est. Cum autē uirtutibus insit concordia, nec ulla altera melior, aut honestior sit, quædam tamen quibusdā personis aptior est. Decet magnanimitas quælibet mortalem etiā illum infra quem nihil est. Quid etiā maius, aut fortius, quam malam fortunā retrudere? Nec tamē magnanimitas in bona fortuna latiorē locum habet meliusq; in tribunali quam in plano conspiciunt. Clementia in quacūq; domum puenerit, eam felicem tranquillamq; præstabit. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid em est memorabilis, quæ eum cuius ira nihil obstat, cuius grauiori sententiæ ipsi qui p eum assentiunt, quem nemo in terrogatus est, immo si uehementius excaduit, nec deprecaturus est quidē ipsum sibi manum inijcere, & potestate sua in melius placidiusq; uti, & hoc ipsum cogitantem, occidere contra legem nemo non potest, seruare nemo præter me. Magnam fortunā magnus animus decet, qui nisi se ad illā extulit, & altior stetit, illam quocūq; infra terrā deducit. Magni autē animi est propriū placidū esse, tranquillūq; & iniurias atq; offensiones semp despiceret. Muliebre est furere in ira. Ferarum uero nec generosarum quidem præmorde, & urgere proiectos. Elephātes leonesq; transeunt, quem impulerūt. Ignobilis bestię pertinacia est. Non decet regem sua, nec inexorabilis ira. Nō multum enim supra eum eminet, cui se irascendo exæquat. At si dat uitam, si dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum potenti licet. Vita enim etiam superiori eripit, nūquā nisi inferiori datur. Seruare proprium est excellentis fortunæ, quæ nunquā magis suscipi debet, quæ cum illi contingit idem posse quod Dijs, quocūq; beneficio in lucē edimur tam boni, quæ mali. Deos itaq; sibi animū asserēs princeps, alios ex ciuibus suis, quæ utiles boni quæ sunt, libens uideat, alios in numerū relinquat, quosdā esse gaudeat, quosdā patiatur.

Cogitare in hac ciuitate, in qua turba per latissima itinera sine intermissione deli uens eliditur, quotiens aliquid obstitit, quod cursum eius uelut torrentis rapidi moraretur. In qua tribus eodem tempore theatris uix postulantur, in qua consumitur, quicquid terris omnibus aratur. Quanta solitudo & uacitas futura sit, si nihil relinquitur, nisi quod iudex seuerus absoluerit. Quotus quisq; ex quæstoribus est, qui non ex ipsa lege teneatur quæ queritur. Quotus quisq; accusator uacat culpa & nescio in nemo ad dandum ueniam difficilior sit, quæ qui illa petere sapius meruit. Peccauimus omnes. Alij grauiā, alij leuiora, alij ex destinato, alij forte impulsu, aut aliena nequitia ablati. Alij in bonis consilijs parum fortiter stetimus, & innocentiam inuicisti, ac renitentis perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed usq; ad extremum aui delinquim⁹. Etiam si quis tam bene purgauit animū, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando euenit.

Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum principi cōstitutū, ad quod formetur, ut se talem esse ciuibus quales sibi deos uelit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atq; erroribus numina, Expedit usq; ad ultimam infesta perniciem. Et quis regum erit sibi tutus, cuius non membra aruspices colligant. Quod si Dijs placabiles sublunt, & aque delicta peccantium potentium non statim fulminibus persequantur, quanto aequius est hominē hominibus præpositum miti animo exercere imperium, & cogitare utrum mundi status grauior oculis pulchriorq; sit sereno & puro die. An cum fragoribus crebris omnia quatuntur, & ignes hinc atq; illinc micant. At qui nō alia facies est quieti moderatq; imperij, quæ sereni coeli & repentis. Crudele regnum, turbidum, tenebrisq; obcurum est inter tremetes, & ad repentinum sonitum expauescentes. Nec eo quidem qui omnia conturbat inconcusso.

concusso. Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se uindicantibus, possunt em lædi, dolorq; eorum ad iniuria uenit. Timent præterea contemptum, & non retulisse lædētibus gratiam, infirmitas uidetur, non clementia. At cui ultio in facile est is obmissa ea, certam laudem mansuetudinis consequitur. Humili loco positus exercere manum, litigare, non in rixam procurare, ac morem iræ suæ gerere liberius est. Leues inter paria ictus sunt. Regi uociferatio quocq; uerborumq; intemperantia non ex maiestate est.

Graue putas eripi loquendi arbitrium regibus, quod humillimi habent. Ista quædem seruitus est, non imperiū. Quid tu non experieris istud nobis esse, ibi seruitutem. Alia conditio est eorū, qui in turba quam non excedunt latent, quorum & uirtutes ut appareant, diu luctantur, & uitia tenebras habent. Vestra facta dictaq; rumor excipit, & ideo nullis magis curandū est, qualē famā habeant, quæ qualemcūq; meruerint, magnā habituri sunt. Quā multa tibi nō licent, quæ nobis beneficio tuo licent. Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore, quæuis nullas sequas comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius, tibi in tua pace armato uiuēdum est. Aberrare a fortuna tua non potes, obsides te, & quocūq; descendis, magno apparatu sequitur. Et hæc summa magnitudinis seruitus est, non posse fieri minore, sed cum Dijs tibi ipsa necessitas est. Nam illos quocq; calum alligatos tenet, nec magis illis descendere datum est, quæ tibi tutum. Fastigio tuo affixus es. Nōstros motus pauci sentiunt. Prodire non bis, ac recedere, & mutare habitū sine sensu publico licet, tibi nō magis quæ soli latere contingit. Multa cōtra te lux est oim, in istā cōuersi oculi sunt. Prodire te putes, oris, loqui nō putes, nisi ut uocē tuā quæ ubiq; sunt gētes excipiant. Irasci non potes, nisi ut oia premanat. Sic neminē potes affligere, nisi ut quædā circa fuerit, quæ. Vt fulmia paucorū piculo cadunt omniū metu. Sic animaduersiones magnarū potestatum terrent latius, quæ nocēt non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit cogitat, in eo qui oia potest. Adijce nunc, quod priuatos homines ad accipiēdas iniurias oportuniore, acceptarum patientia fuit. Regibus certior est ex mansuetudine securitas, quia frequēs uindicta paucorū odium reprimat, omniū irrat, uoluntas oportet ante fauēdi, quæ causa deficiat. Alioquin quædamodū præcipue arbores plurimis ramis repullulant, & multa fatorū genera ut & densiora surgant, reciduntur. Ita regia crudelitas auget inimicorum numerū tollendo. Parentes enim liberiq; eorum qui interfecti sunt, & propinqui & amici in locum singulorum succedunt. Hoc quæ uerum sit, admonere te exemplo domestico uolo.

Diuus Augustus fuit mitis princeps. Siquis illum a principatu suo æstimare incipiat, in comunē quidē Rempu. gladium mouit, cum huius ætatis esset, qua tu nunc es, duodeuicesimū egressus annū, iam pugiones in sinu amicorum absconderat, iam insidijs. M. Antonij consulis latus petierat. Iam fuerat collega pscrisptoris, sed cum annū quadragesimū transisset, & in Gallia moraret, delatum est ad eū iudicium, Cinnam solidi ingenij uirum insidias ei instruere. Dictum est & ubi & quando, & quemadmodū aggredi uellet. Vnus ex consijs deferebat, constituit se ab eo uindicare. Consiliū amicorū aduocari iussit. Nox illi inquieta erat, cum cogitaret, adolefcentem nobilem hoc detracto integrum. C. Pompei nepotem damnandū. Iam unū hominē occidere non poterat. Cum. M. Antonius procriptionis editum inter cœnam dicitaret gemens, subinde uoces emittebat uarias, & inter se cōtrarias. Quid ergo ego percussorem meum securum ambulare patiar, me sollicito. Ergo non dabit penas, qui tot ciuilibus bellis frustra petatum caput, tot naualibus, tot pedestrijs prælijs incolume, postq; terra mariq; pax parta est, non occidere constituat, sed immolare. Nam sacrificantem placu erat adoriri. Rursus silentio interposito, maiore multo uoce sibi, quæ Cinnæ irascebat. Quid uiuis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit suppliciorum? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolefcentulis expositum caput, in quod mucrones acunt. Non est tantū uita, si ut ego non peream, tam multa perdenda sunt. Interpellauit tandem illum Iulia uxor. Et admittis, inquit, muliebre consiliū. Fac quod medici solēt, qui ubi usitata remedia non procedunt, tentant contraria. Seueritate nihil adhuc profecisti, Silij domū Lepidus secutus est. Lepidū Murena, Murenā Cæpio, Cæpionē Ignat⁹, ut alios taceā, quos tantū aulos pudet, nūc tenta quō tibi cedat clementia. Ignosce. L. Cinnæ, deprehē

sus est. Iam nocere tibi non potest, prodesse fama tua potest. Gaius sibi, quod aduocatum sibi inuenerat, uxori quidem gratias egit, renunciari autem exemplo amicis, quos in consilium rogauerat, imperauit, & Cinna unum ad se accersit, dimissisque omnibus egressus est e cubiculo, cum alteram Cinnae poni cathedram iussisset. Hoc, inquit, primum a te peto, ne me loquentem interpellas, ne meo sermone medio proclames, dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te Cinna cum in hostium castris inuenissem, non factum tantum mihi inimicum, seruatum seruaui, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam diues, ut uictor uictores inuideant. Sacerdotium tibi petenti, praeteritis compluribus, quorum parentes mecum militauerant, dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me constituisti. Cum ad hanc uocem exclamasset, procul hanc a se abesse clementiam, non praestas, inquit, fidem. Cinna conuenerat, ne interloqueris. Occidere, inquam, me paras, adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum desisset, uideret, nec ex conuentione iam, sed ex conscientia tacentem. Quo, inquit, hoc animo facis, ut ipse sis princeps, male Mehercule cum Reputa agitur, si tibi ad imperandum nihil praeter me obstat. Domum tuam tuam non potes. Nuper libertini hominis gratia, in priuato iudicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quam contra Caesarem aduocare. Ce do si spes tuas solum impedio, Paulus ne te, & Fabius maximus, & Cossus, & seruuli ferent, tantumque agmen nobilium non inania nomina praefertentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sint. Ne totam eius orationem repetendo, magnam partem uoluminis occupem, diutius enim quam duabus horis locutum esse constat, cum hac poenam, qua sola erat contentus, futurus ostenderet. Vita tibi, inquit, Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidae. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus utrum ego meliore fide uitam tibi dederim, an tu debeas. Post haec detulit ultio consulatum questus, quod non auderet petere. Amicissimum fidelissimumque habuit, haeres solus fuit illi. Nullis amplius insidijs ab ullo petitus est.

Ignouit abauus tuus uictis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset. Salustius Caelios, & duellios, & toram cohortem primam admissionis ex aduersariorum castris conscripsit. Nam Domicios, Messalas, Asinius, Cicerones, & quicquid foris in ciuitate erat, clementiae suae debebat. Ipsum Lepidum quod diu mori passus est, per multos annos tulit ornamenta principis retinentem eius pontificatum maximum, non nisi mortuo illo transferri in se passus est. Maluit enim illum honorem uocari, quam spoliolum. Haec enim clementia ad salutem securitatemque perduxit. Haec gratum ac fauorabilem reddidit, quam nondum subactis Reipublicae, ceruicibus manu imposuisset. Haec hodie praestat illi famam, quae uix uiuis principibus seruit. Deum esse non tantum iussi credimus bonum principem Augustum, & bene illi conuenisse parentis nomen fatemur, ob nullam aliam causam, quam quod contumelias quoque suas, quae acerbiores principibus solent esse, quam iniuria nulla crudelitate exequatur, quod probrosis in se dictis arrisit, quod dare illum poenas apparebat cum exigeret, quod quoscumque ob adulterium familiae suae damnauerat, adeo non odit, ut dimissis quoque tutiores essent diplomata daret, hoc est ignosceret. Cum scias multos futuros, qui pro te irascantur, & tibi alieno sanguine gratificantem non dare tantum salutem, sed praestare.

Haec Augustus senex, aut iam in senectutem annis uergentibus. In adolescentia caluit. Arsit ira, multa fecit, ad quae inuitus oculos retorquebat. Comparare nemo mansuetudini tuae audebit. Diuum Augustum etiam si in certamen uenilium armorum deduxerit, & senectutem plusquam in naturam fuerit moderatus & demens. Nempe post mare Acciacum Romano cruore infectum, nempe post fractas in Sicilia classes, & suas & alienas. Nempe post Perusinas aras & praescriptions. Ego uero clementiam non uoco lassam crudelitatem. Haec est Caesar clementia uera, quam tu praestas, quae non scilicet poenitentiam coepit. Nullam habere maculam, nunquam ciuile sanguinem fudisse, haec est in maxima potestate, uerissima animi temperantia, & humani generis comprehensibilis amor, non cupiditate aliqua, non temeritate incendij, non priorum principum exemplis corruptis, quantum in ciues suos liceat experiendo tentare, sed habetare aciem imperij sui. Praestitisti Caesar ciuitatem incrementa, & hoc, quod magno antebiliusque, quod

mo gloriatu es, nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse, quo maius est mirabiliusque, quod nulli unquam citatus gladius commissus est. Clementia ergo non tantum honestiores, sed tutiores praestat. Ornamentum imperiorum est simul, & certissima lux. Quid enim est cum reges consenuerint, liberisque ac nepotibus tradiderunt regna. Tyrannorum execrabilis, ac breuis potestas est. Quid interest inter tyrannum & regem. Species enim ipsa fortunae ac licentia par est, nisi quod tyranni in uoluptate saeuunt. Reges enim ex caua ac necessitate.

Quid ergo non reges quoque occidere solent, sed quotiens id fieri publica utilitas perluadet, tyrannis saeuitia cordi est. Tyrannus autem a rege distat factis, non nomine. Nam & Dionysius maior iure meritoque praeferris multis regibus potest. Et L. Syllam appellari tyrannum quid prohiberet: cui occidendi finem fecit inopia hostium, descenderit, licet e dictatura sua, & se togae reddiderit. Quis enim unquam tyrannus tam auide humanum sanguinem bibit, quam ille qui septem milia ciuium Romanorum contrucidari iussit, & cum in uicino ad aedem Bellonae sedens exaudisset exclamationem, tot milium sub gladio gementium, exterrito senatu, Hoc agamus, inquit, P. C. Seditiosi pauculi meo iussu occiduntur. Hic non est meritis, pauci Syllae uidebant. Sed mox de Sylla consequeremur, quomodo hostibus irascendum sit. Vtique si in hostile nomen ciues, & ex eodem corpore abrupti transierint. Interim hoc quod dicebam de clementia efficit, ut magnum inter regem tyrannumque discrimen sit. Vtque licet non minus armis ualeatur, sed alter arma habet, quibus in monumentum pacis utitur. Alter ut magno timore, magna odia coepescat. Nec illas ipsas manus, quibus se commisit, securus aspiciat. Contrarijs in contraria agitur. Nam ut inuisus sit, quia timetur. Timere uult, quia inuisus est. Et illo execrabili uerbu, qui multos dedit praecipites, utitur. Oderint dum metuant. Deinde ergo aequos quanta rabies oritur, ubi supra modum odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus uero & acer & extrema ad mouens, in audaciam iacetes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineas, & pinna conclusas contineas telis in celsi tentabant fugam, per ipsa quae fugerant, proculcabantque formidinem. Acerima uirius est, quam ultima necessitas extudit, relinquat, oportet securi aliquid metus, multoque plus spei quam periculum ostentet. Alioquin ubi quiescenti paria metiuntur, incurrere pericula iuuat, & aliena anima abuti. Placido tranquilloque regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem utatur. Gloriosusque miles publicae enim securitati dare operam uideatur, omnem laborem libens patitur, ut parentis custos. At illo acerbo & sanguinario necesse est grauentur stipatores.

Non potest habere quicquam fida ac bona uoluntatis ministros, quibus non alijs quam bestijs homines obiectat, oibus rebus noxior ac sollicitior, ut qui homines deosque testes ac iudices facinorum timeat, eo perductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera pessimum habet crudelitas. Perseuerandum est, nec ad meliorem patet regressus. Scelera enim scelerebus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui iam esse malum necesse est. O miserabilem illum sibi certe, nam ceteris misereri eius ne fas sit. Si qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi ciuicia reddidit, tam externa quam domestica. Cum arma metuet, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non liberorum pietati. Quibus ubi circumspexit quaeque fecit, quaeque facturus est, & conscientiam suam plenam scelerebus ac tormentis adaperuit, saepe morte timet, saepius optat, inuisior sibi quam seruientibus. E contrario is cui cura sunt immensa, qui alia magis, alia minus tuetur, nullam non reipublicae partem tantum sui nutrit, inclinatos ad mitiora, etiam si ex usu est animaduertere, ostendens quam inuitus aspero remedio manus ad moueat, in cuius animo nihil hostile, nihil effrum est. Qui potentiam suam placide ac salubriter exercet, approbare imperia sua ciuibus cupiens. Felix abunde sibi uisus, si fortunam suam publicauerit, sermone affabilis, accessusque facilis, uultu qui maxime populos demeretur, amabilis aequis desiderijs propensus, & iniquus acerbis. Quia tota ciuitate amatur, defenditur, colitur. Tandem de illo homines secreto loquuntur, quae palam colere filios cupiunt. Et publicis malis sterilitas indicta recluditur. Bene se meritum de liberis suis non du-

bitat, quibus tale sæculum ostendit. Hinc princeps suo beneficio tutus, nihil præsidij eger, arma ornamenta causa habet.

Quod ergo officij eius est, quod bonorum parentum, qui obiurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent: Aliquando admonere etiam uerberibus. Nunquid aliquis sanus filium pro prima offensa exharederat, nisi magne & multæ iniuriæ patientiam euicerint, nisi plus est quod timet, quædã nat. Non accedat ad decretorium stilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem & peiore loco iam positã reuocat, postquam oia simul deplorata sũt, ultima ex- peritur. Nemo etiam ad supplicia exigenda peruenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc quidem parenti etiam principi faciendum est, quem appellauimus patrem patriæ, non adulatione uana adducti. Cætera enim cognomina honori data sunt. Magnos & felices

Augusti.
Pater pa-
triae.

Augustos diximus, & ambitiosã maiestati quicquid potuimus titulorum congestimus, illis hoc tribuẽtes. Patrẽ quẽ patriæ appellamus, ut sciret datã sibi potestãtẽ patriæ, quæ est reueratissima, liberis cõsũlens, suaque post illos reponẽs tradi sibi. Pater mẽbra sua abscindit, quæ sã cũ absciderit, reponere cupiat, & in abscindẽdo gemat, cunctatus multũ diuque. Prope em̄ est ut liberẽ dãnẽt, q cito. Prope ut inique puniat, q nimis. Erixone equitem Romanũ, memoria nostra, quia filium suum flagellis ceciderat, populus in foro graphijs cõfodit. Vix illũ Augusti Cæsaris auctoritas infestis, tã patrũ quẽ filiorũ manibus eripuit.

Marium qui filium deprehensum in parricidio exilio damnauit, causa cognita. Nemo non suspexit, quod contentus exilio, & exilio delegato Massiliæ parricidam cõtinuit, & annua illi præstitit, quanta præstare integro solebat. Hæc liberalitas efficit, ut in qua ciuitate nũquã deest patronus peioribus nemo dubitaret, quã reus merito damnatus esset, quem ipse ter damnare potuisset, qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo, quem compares bono patri bonum principẽ. Cogniturus de filio Darius, aduocauit in cõsiliũ Cæsarem Augustum. Venit in priuatos pates, asseidit, pates alieni consilij fuit. Non dixit, immo in meã domũ ueniat. Quod si factum esset, Cæsaris fortuna erat cognitio, non patris, audita causa, excussisq; omnibus, & his quæ adolefcens pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petit, ut sententiã suã quisq; scriberet, ne ea omniũ fieret, quæ Cæsaris fuisset. Deinde priuicq; aperirentur codicilli, iurauit se dare hominis locupletis hæreditatem nõ aditurum. Dicit aliquis pusillo animo timuit, ne uideretur locum spei suæ aperire uelle in filij damnationẽ. Ego contra sentio. Quilibet uestiũ debuisset aduersus opiniones malignas satis fiducia habere in bona cõscientia. Principes multa debent, etiam fama. Dare iurauit se, non aditurũ hæreditatem. Darius quidem eodem die & alterum hæredem perdidit, sed Cæsar libertatem sententiæ suæ redemit, & postquam approbauit gratuitam esse seueritatem suam, quod principi semp̄ curandũ est, dixit relegandũ quo mō patri uideretur. Non culeum, non serpentes, non carcerem decreuit, memor non de quo censeret, sed cui consilio esset. Mollissimo genere poenæ contentum esse debere patrem, dixit in filio adolefcẽtulo impulsõ in id scelus, in quo se quod proximũ erat, ab innocentia timide gessisset, debere illum ab urbe & parentis oculis submoueri.

O dignum, quem in consiliũ patres aduocarent. O dignum, quem cohæredẽ innocentibus liberis scriberent. Hæc clementia principem decet, ut quocũq; uenerit, mansuetiora omnia faciat. Nemo regi tam uilis sit, ut illũ perire non sentiat, qualiscũq; pars imperij est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non est unum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus suis, pater liberis, præceptor discipulis, tribunus uel centurio militibus. Nonne pessimus pater uidebitur, qui assiduus plagis liberos etiam ex leuissimis causis compesceret? Vtrum autem præceptor liberalibus studijs dignior, qui excarnificat discipulos, si memoria illis nõ cõstitit, aut si parum agilis in legendo oculus hæserit? An qui monitionibus & uerecũdia emendare ac docere malit? Tribunũ centurionemq; da sæuum deseriores facit, quibus tantum ignoscitur. Nunquid nam æquum est, grauius homini & durius imperari, quã imperatur animalibus brutis & mutis? At qui equum non crebris uerberibus exterre, do mandi peritus magister. Fiet enim formidolosus & contumax, nisi eum tactu blandien-

te permulseris

te permulseris. Idem facit uenator, qui instituit catulos uestigia sequi, quicquid iam exercitatis utitur ad excitandas uel perseguendas feras, nec crebro illis minatur. Contundet enim amicos, & quicquid est indolis, cõminetur trepidatione degeneri. Nec licentiam uagan di errandiq; passim concedit. Ad iicias his, licet tardiora agentes iumenta, quæ cũ ad contumelias & miseria nata sint, nimia sæuitia cogantur iugum detractare.

Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandũ quã homo. Nulli magis parcendũ. Quid enim stultius, quã in iumentis quidem & canibus erubescere, itã exercere: pessimã autẽ conditionẽ sub hoie esse. Morbis desidemur, nec ira scemur. Atqui & hic morbus est animi, mollem medicinam desiderat, ipsũq; medentem minime infestum agro. Mali medici est desperare, ne curet. Idẽ in his, quorum animus affectus est, facere debet, cui tradita salus omniũ est. Non cito spem proijcere, nec mortifera signa pronunciare. Lucretur, cum uitijs resistat. Alijs morbum suũ exprobet. Quosdam morbi curatio decipiat, citius meliusq; sanaturus remedijs fallentibus. Agat princeps curam, non tantum salutis, sed etiam honestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex sæua animaduersione. Quis enim dubitat posse? At contra maxima, si uim suam continet, si multos iræ alienæ eripuit, neminem suæ impendit.

Seruis imperare moderate laus est, & in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat æqui boniq; natura, quæ parcere etiam captiuis, & precio paratis iubet. Quanto iustius his iubet, tanto iustius hominibus liberis, ingenuis, honestis, non ut mancipijs abuti, sed his quos gradu antecede, quorumq; tibi non tardita seruitus, sed tutela seruis ad statuam liceat cõfugere, cum in seruum omnia liceant. Est aliquid quod in homine licere cõmune ius animalium uetet. Quis nõ Vedium Pollionem peius oderat, quã serui sui, quod murenas sanguine humano laginabat, & eos qui se aliquid offenderant iniuriarum, quid aliud quã serpentibus obijci iubet. O hominem mille mortibus dignum, siue deuorados seruos obijciebat murenis, quas efusus erat, siue in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret. Quem admodum domini crudeles tota ciuitate cõmonstrant, inuisiq; & detestabiles sunt, ita regum & iniuria latius patet & infamia, atq; odium sæculis traditur. Quanto autem nõ nã melius fuit, quẽ numerare inter publica mala natos.

Ex cogitare nemo quicquid poterit, quod magis decorum regenti sit, quã clementia quocũq; modo is, & quocũq; iure præpositus cæteris erit. Eo scilicet formosius id esse, magnificentiũq; fatebimur, quo in maiori præstabit potestate, quam non oportet noxiam esse si ad naturæ legem componitur. Natura enim cõmentata est regem, quod ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est mediocq; ac tutissimo loco. Præterea onere uacat exactor alienorum operum, & amisso rege, totum dilabitur examen. Nec unquam plus unum patitur, melioremq; pugna quarunt. Præterea insignis regi forma est dissimilicq; cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maxime distinguitur, iracundissima, ac pro corporis captu pugnacissima sunt apes, & aculeos in uulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura, nec sæuum esse, nec ultiorem magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. Est enim illi mos exercere se in paruis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto uehementius nocet. Vtinam quidem eadem homini lex esset, & ira cum telo suo frangeretur, nec sæpius liceret nocere quẽ semel, nec alitis uiribus exerceret odia. Facile enim laxaretur furor, si per se sibi satisfaceret, & si mortis periculo uim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est, timeat quantum timeri uoluit, & manus omnium obseruet, & eo quocq; tempore quo non captatur, peti se iudicet. Nullumq; momentum immune amet. Hæbeat hanc aliquis agram uitam, sustinet cum liceat innoxium. Alijs ob hoc securum salutare potentiam eius latis omnibus tractare. Errat enim si quis æstimat tutum esse ibi regem, ubi nihil a rege tutum est. Sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus

Rex aptimi
cæret acur-
leo.

k 4 est instruere

est instruere in altū editas arces, nec in accensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusq; sepire. Saluum regem in aperto dementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Quid pulchrius est, q̄ uiuere optantibus cunctis, & uota non sub custode nuncupantibus, si paulū ualido titubauit: Non spem hominū excitari, sed metū. Nihil esse cuiq; tam preciosum, quod non pro salute prædis sui cōmutatum uelit. Omne illo cui cōtingit, sibi quoq; uiuere debet, in hoc assiduis bonitatis argumentis probauit, non Rempu. suam esse, sed se reipublica. Quis huic Regi audeat fruere aliquod periculum? Quis ob hoc nō si possit fortunamq; auertere uelit: sub quo iusticia, pax, pudicitia, securitas, dignitas, florent, sub quo opulenta ciuitas, copia bonorum omnifū abundat. Nec alio animo rectorem suū intuentur, q̄ si Diij immortales potestatem uisendi sui faciant. Intueamur uenerates colentesq;. Quid autem non pessimum illis locum tenet, is qui se ex deorū natura gerit beneficus, ac largus in melius potens. Hoc affectare, hoc imitari decet. Maximū ita haberi, ut optimus simul habeatur.

D Vabus causis punire princeps solet, si aut se uindicta, aut alium. Prius de ipsa parte dixeram, quā ipsum contingit. Difficilius est enim moderari, ubi doli debetur ultio, q̄ ubi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerum excutiat, ut innocentia faueat, ut appareat, ut nō minorem magis rem periclitantis, q̄ iudicis sciat. Hoc autem ad iusticiam, non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur, ut manifeste læsus, animū in potestate habeat, & poenā si tuti poterit, donec sui minus temperet. Lōgeq; sit in suis, q̄ in alienis exorabilior iniurijs. Nam quemadmodū non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod aliter donat, sibi detrahit. Ita clementem uocabo, nō in alieno dolore faciem, sed eum qui cum suis stimulis exagitetur, non proflit. Qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potentia pati, nec quicq; esse gloriosius principe impune læso.

Vltio duas res præstare solet, aut solatium afferet ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna, q̄ ut tali solatio egeat, manifestiorq; uis, q̄ ut alieno malo opinione sibi uirum quærat. Hoc dico, cum ab inferioribus petitus uiolatusq; est. Nam si quos pares aliquando sibi fastidio obtinuerat, se uideat, satis iudicatus est. Regem & seruus occidit, & serpens, & sagitta. Seruauit q̄ dem nemo, nisi maior eo quem seruauit. Vti itaq; animose debet tanto munere deorum dandi auferendiq; uitam potens in his præsertim, quas scit aliquando sibi fastidio obtinuisse. Hoc arbitrium adeptus ultionem, impleuit, profecitq; quantum uera poenæ satis erat. Perdidit enim uitam qui debet. Et quisquis ex alto ad inimici pedes adiectus, aliena de capite suo regiamq; sententiam expectauit, in seruatoris sui gloriam uiuet, plusq; nomini eius conferet in columis, q̄ si ex oculis ablatum esset. Assiduam enim spectaculum alienæ uirtutis est, in triumphum cito transisse. Si uero regnum quoq; suum, tuto relinqui apud eum potuit, reponiq; eo unde reciderat, ingenti incremento surgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege uictio nihil præter gloriam lumere. Hoc est etiam ex uictoria sua triumphare, testariq; nihil se quod dignum esset uictoriae apud uictos inuenisse. Cum ciuibus & ignotis atq; humilibus eo moderatius agendum est, quo minoris est afflixisse eos, qui uisdam libenter parcas, quibusdā te uindicare fastidiosus. Et non aliter q̄ animalibus paruis & obtinentibus, reducenda manus est. At in his qui more ciuitatis seruati punitiq; erunt, occasione notæ clementiæ utendum est.

Transseamus ad alienas iniurias, in quibus uindicandis hæc tria lex secuta est, q̄ princeps quoq; sequi debet. Aut ut eum quicq; punit, emēdet, aut ut poenæ eius ceteros meliores reddat, aut sublatis malis, securiores ceteri uiuant, ipsos facilius emendabis minore poenā. Diligentius enim uiuūt, cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perditæ parcat. Impunitatis genus est, iam nō habere poenæ locum. Ciuitatis autem mores, magis corripit parcitas animaduersionum. Facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. Et minus grauis nota est, quam cum turba damnationū leuat, & seueritas, quod maximū remediū habet assiduitate amittit auctoritatē. Constituit bo

Constituit bonos mores ciuitati princeps, & uitia eius compescit, si patiens eorum est, Non tanq; probet, sed tanq; inuitus cum magno tormento ad castigandū ueniat. Vercundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior multo poenā uidetur, quæ a mihi uiro constituitur, & præterea uidebis ea læpe cōmitti, quæ sæpe uindicantur.

Pater tuus plures intra quinquennū culeo insuit, q̄ omnibus sæculis insutos accepimus, multo minus audebant liberi nefas in ultimū admittere, q̄ diu sine læpe crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi uiri, & rerum natura peritissimi maluerit, uelut incredibile scelus, & ultra audaciam positū præterire, quā dū uindictam ostendere posse fieri. Itaq; parricidæ cum lege cœperunt, & illis facinus poenā monstrauit. Pessimus uero loco pietas fuit. Postq; sapius uoces uidimus, q̄ cruces in qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus sit innocētia, & indulgetur uelut publico bono, putet se innocentem esse, ciuitas erit. Magis irascetur a cōmuni fragilitate desciscitibus, si paucos eos esse uiderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere ciuitati, quanto plures mali sint.

Indicta est aliquando a senatu sentētia, ut seruos a liberis cultus distingueret. Deinde apparuit quantum periculum immineret, si serui nostri numerare nos cepissent. Idem scito metuendum esse, si nulli ignoscit. Cito apparebit pars ciuitatis deterior, quanto prægrauet. Non minus principi turpia sunt multa supplicia, q̄ mediocula funera. Remissius imperanti, melius paretur. Natura contumax est humanus animus, & in cōtrarium atq; arduum nitens, sequiturq; facilius q̄ ducatur. Et ut generosi atq; nobiles equi, melius facili freno reguntur, ita clementia uoluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas, quam seruet sibi. Plus itaq; hac uia proficiscitur. Crudelitas minime humanū malum est, indignūq; tā miti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac uulneribus, & abiecto homine, in siluestre animal transire.

Quid enim interest oro te Alexander, leonis Lysimachum obijcias, an ipse læceres dentibus tuis: tuū os est, tua illa feritas. O q̄ caperes tibi potius unguis esse, tibi ritum illum ededorum hominū capacem. Nō exigimus a te, ut manus ista, exitum familiaritū, certissima ulli salutaris sit. Vt iste animus ferox insatiabile gentium malum citra sanguinem cademq; satietur. Clementia in uocatus ad occidendum amicum, carnifex inter homines eligitur. Hoc est, quare uel maxima abominanda sit seuitia, quod excedit fines, primum solitos, deinde humanos. Noxia supplicia conquirat, ingenium aduocat, instrumenta excogitat, per quæ uarietas atq; extendatur dolor, & delectetur malis hominū. Tunc ille diri animi morbus ad insaniam peruenit, ultimam cum crudelitas uersa est in uoluptatem, & iam occidere hominem iuuat. Nam talem uirum a tergo sequitur euersio. Odiosus ueneno, gladijs, tam multis periculis petitur, q̄ multorū ipse periculū est, priuatiq; nonunq; consilijs. Alias uero cōsternatione publica circūuenitur. Leuis enim & priuata pnties non totas urbes mouet. Quod late furere cœpit, & omnes appetit, undiq; confugitur. Serpentes paruulæ fallūt, nec publice consequuntur, ubi aliquam solitam mensuram transit, & in monstrum excreuit. Vbi fontes potu infecit, & si afflauit, deurit, obteritq; quacunq; incesit balistis peti. Possunt uerba dare, & euadere pusilla mala. Ingentibus obuia itur. Sic unus ager, nec domum quidem perturbat. At ubi crebris mortibus pestilentia esse appaauerit, & apparuit conclamatio ciuitatis, ac fuga est, & Dijs ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo recto flamma apparuit, familia uicinū aquam ingerunt. At incendium uastum, & multas iam domos depastum parte urbis obruitur.

Crudelitatē priuatorū quoq; seruales manus sub certo crucis periculo ultra sūt. Tyrannorū gentes populiq; & quorum erat malum, & hi quibus imminere, excidere aggressi sunt. Aliquando sua præsidia in ipsos confurrexerunt. Perfidiamq; & impietatem, & feritatem, & quicquid ab illis didicerant, in ipsos exerceuerunt. Quid enim potest ab eo quisq; sperare, quem malum esse docuit? Nō diu aparet nequitia, nec quantum uideat, peccat, sed puta tantam esse crudelitatem. Quare eius regnū est, non aliud q̄ captarū urbiū forma, & terribiles facies publici metus, oia mœstata & confusa. Voluptates ipsæ timentur. Non cōuiuia secura ineunt, in quibus lingua sollicita etiā

solicite etiam ebrjjs custodienda est. Non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quaritur apparenter. Licet, inquit, magna impensa, & regijs opibus, & artificij exquisitis nominibus, quos tamen ludere in carcerem iubent. Quod istud Dij boni malum est occidere, scire, delectari sono catenarum, & ciuim capita decidere, quocumq; uentum est, mulum sanguinem fundere, aspectu suo terrere ac fugare. Quae alia uita esset, si leones ursiq; regnarent: Si serpentibus in nos, ac noxiosissimos cuiq; animali dare possent. Illa rationis in experta, & a nobis immanitatis crimen, damnata abstinent suis, & tuta est inter feras similitudo morum. Apud homines tamen nec a necessarijs quidem rabies temperat sibi, sed externa suaq; in aequo habet, quo possunt exercitiora singulos, deinde cadibus in exitia gentium serpere, & in hincere tectis ignem, a patrum uetustis uiribus inducere. Potentiam putat, & unum occidi iubet, aut alterum parum imperator, rem credit, nisi eodem tempore grex miserorum subiectus stetit, crudelitate suam in ordine coactam putet. Felicitas illa multis salute dare, & ad uitam ab ipsa morte reuocare & mereri clementiam ciuicam non potest. Nullum ornamentum principis fastigia dignius pulchriusq; est, quam illa corona ciues seruatos. Non hostilia arma detracta uictis, non currere barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Haec diuina potentia est, gregatim ac publice seruare, multos autem occidere & indiscretos, incendij ac ruinae potentia est.

Libri primi de Clementia finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE CLEMENTIA AD NERONEM
LIBER SECVNDVS.

VT de clementia scriberem Nero Caesar, una me uox tua maxime compulsi, quod ego non sine admiratione, & cum dicerem audisse memini, & deinde alijs narraueram. Vocem generosam magni animi, magna lenitatis, quae non composita, nec alienis auribus subito data crepuit, & bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem, in mediis adduxit animaduersurus in latrones tuos. Burus praefectus tuus uir egregius, & tibi principi notus exigebat, a te scriberes, in quos, & ex qua causa animaduertit uelles. Hoc saepe dilatum, ut aliquando fieret, instabat. Inuitus inuito cum charitatem protulisset, tradere teque, exclamasti, uellem nec irem literas. O dignam uocem, quam audirent omnes gentes, quae Romanum imperium colunt, quaeque iuxta iacent dubiae libertatis, quaeque contra uiribus aut animis attollunt. O uocem in concione omnium mortalium mitendam, in cuius uerba principes regesque iuramentum faciunt. O uocem publicam, generis humani innocentia dignam, cui redderet antiquum illud saeculum. Nunc profecto conlentire decebat, ad aequum bonumque expulsa alieni cupiditate, ex qua omne animi malum oritur, pietate, integritate cum fide ac modestia surgere, & uitia diurna abusa regno, tandem felici ac puro saeculo dare locum futurum. Hoc Caesar ex magna parte sperare & confiteri libet. Tradere ista animi tui mansuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperij corpus, & cuncta in similitudinem sui formabunt. A capite bona ualitudo ea transibit in omnes. Vegetata sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum inuuit, aut marcescit. Et erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate, & in totum orbem recti mores recitentur. Parceret ubique manibus tuis. Diutius me morari hic patere, non ut blandiri auribus tuis, nec enim mihi hic mos est. Maluerim hic ueris offendere, quam placere adulato. Quid ergo est praeter id, quod beneficijs dictisq; tuis, quam familiarissimum esse te cupio, ut quod nunc natura & impetus est, fiat iudicium. Illud mecum considera, multas uoces magnas, sed derestabiles in uitam humanam peruenisse, celebresq; uulgo fieri, ut illam oderint, dum metuant. Cui graecus uersus similis est, qui se mortuo terram miseris ignibus iubet. Et alia huius nota. At nescio quomodo ingenia & inuisa materia secundiori expresserunt sensus uehementes & concitato. Nullam adhuc uocem audiui ex bono lenique animo. Quid ergo est, ut raro inuuis, & cum magna cunctatione, cum multis dilationibus, ne forte decipiat nos speciosum clementiae nomen aliquando, & in contrarium aliquando adducat. Videamus quid sit clementia, qualisque sit, & quos fines habeat. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis poenis. Plura ponere est tutius, ne una definitio parum rem comprehendat, & ut ita dicam, formam lae excedat.

Memor
tuo terra
miserat
incendio.

Clementiae
finitio.

lae excedat. Itaque dici potest & inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. Illa finitio contradictionis inuenietur, quibus ad uerum ducat. Si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex materia ac debita poena remittentem reclamabitur, nullam uirtutem cuique minus debito facere. At qui hoc omnes intelligunt clementiam esse, quae se hinc citra id, quod merito constitui potest. Huic contraria imperiti putant seueritatem, sed nulla uirtutis uirtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementiae? Crudelitas, quae nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis poenis. Sed quidam non exigunt poenas, crudeliter tamen sunt, tanquam qui ignotos homines & obuios non in compendium, sed occidenti causa occidunt. Nec interficere contenti sauiunt, ut Bursis ille & Proclus & Pirata, quae propter uerberant, & in ignem uiuos imponunt. Haec crudelitas quidem, sed quia nec ultionem sequitur, non enim laesa est, nec peccatori alicui irascitur. Nullum quidem antecessit crimen, extra definitionem nostram cadit, quae finitionem continebat in exigendis poenis. In temperantiam autem possumus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui uoluptati saeuitia est, possumus insaniam uocare. Nam uaria sunt genera eius, & nullum certius, quam quod in caedes hominum & laniationes peruenit. Illos ergo crudeles uocabo, quod puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quae auit non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabile modum saeuisse. Possumus effugere caulationem, & ita finire, ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementia repellit longius stare a se, nam saeuitatem illi conuenire ad esse certum est. Pertinet quare hoc loco quid sit misericordia. Plurimum enim ut uirtutem eam laudant, & bonum hominem uocant misericordiae. Haec autem uirtutum animi est. Vtraque circa seueritatem, circaque clementiam posita sunt, quae uitare debemus, ne per speciem clementiae in misericordiam incidamus. In hoc leuiore periculo erratur, sed par error est a uero recedentium. Ergo quaedam dum religio deos colit, superstitio uiolat. Ita clementiam mansuetudinemque omnes boni praestabunt, misericordiam autem uitabunt. Est enim uirtutum pusillitiam ad speciem alienorum succedentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est anus. Et sunt mulierculae, quae lachrymis nocentissimorum mouentur, quae, si liceret, carcerem effringerent. Misericordia non causam, sed fortuna spectat, clementia rationi accedit. Scio male audire apud imperitos seculam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Obicitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Haec si per se ponantur, inuisa sunt. Videtur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad mortem deducere uel ad poenam. Quod si est, quid in hoc scientia, quae discere humanitatem iubet, portumque aduersus fortunam certissimum mutuo auxilio cludit. Sed nulla secula benignior leuiorq; est, nulla amantior hominum, & communibus bonis acceptior. Vt propositum sit usui esse, aut auxilio, nec sibi tantum, sed uniuersis singulis consulere. Misericordia est aegritudo animi ob alienorum malorum specie aut tristitia ex alienis malis, contra quaeque accidere immerentibus credit. Aegritudo autem hic in sapientem uirum non cadit. Serena enim eius mens est, nec quicquam incidere potest quod illa obducatur. Nihil aequum hominem, quam magnus animus decet. Non potest autem magnus esse idem, si metus & moeror contundit, si mentem obducit, & contrahit. Hoc sapientem ne in suis quidem accidet calamitatibus, sed omnem fortunam iram reuerberabit, & ante se frangat. Eandem semper faciem seruabit placidam & inconcussam, quod facere non possit, si tristitia recipere. Ad istam quod sapiens prouidus est, & in expedito consilium habet. Nunc autem liquidum syncerumque ex turbido uenit. Tristitia enim in habilis est ad despiciendas res utilia excogitantia, periculosa uitanda, aequae aestimanda. Ergo non miseretur, quia & sine miseria animi non fiet. Caetera omnia quaeque miserentur uolo facere libens, & alius animo faciet. Succurret alienis lachrymis, non accedet, dabit manum naufrago, exuli hospitium, egenti stipem. Non hanc contumeliosam, quam pars maior horum, qui se misericordes uideri uolunt, abijcit & fastidit, quos adiuuat. Corripitque ut ab his timeret, si ut homo homini ex communi dabit, dabit & donabit lachrymis maternis filium, & cathenas solui iubebit, & ludo eximet, & cadauer etiam noxium sepeliet. Et faciet ista tranquilla mente, uultu suo. Ergo non miseretur sapiens, sed succurret, sed proderit, in commune auxilium natus, ac publicum bonum. Ex quo dabit cuique partem, etiam ad calamitosos pro portione improbandos & eme

Bursis:
Patroclus

dos & emendandos, bonitatem suam perimite. Afflictis uero & fortius laborantibus multo libentius subueniet. Quotiens poterit fortunæ interciderit. Vbi enim potius uterur, an uiribus, qui ad restituenda quæ casus impulit, uultum quidē non deiecit, nec animū. Cæterum omnibus dignis proderit, & deorū more calamitosos propicius respiciet. Misericordia uicina est miseris, habet enim aliquid, trahitque ex ea. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienā lippitudinē & ipsi suffunduntur. Tam Mehercule morbum esse, non hilaritatem, semper aridire ridētibus, & ad omnīū æstimationē ipsum quoque os deducere. Ita ira uitium est animorū, uirtus miseria parentum, quam si quis a sapiente exigit, prope est, ut lamentationē exigat, & alienis funeribus gemitus. At quare non ignosceret uacua. Constatuamus nunc quoque quid sit uenia, ut sciamus dari illam a sapiente non debere. Venia est pœnæ meritæ remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare, reddat rationē, cui hoc diutius dare propositum est. Ego, ut breuiter tanquā in alieno iudicio dicam, & ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autem nihil facit quod non debet, nihil prætermittit quod debet. Itaque pœnam quam exigere debet, non donat, sed illud quod ex uenia consequi iustum est, & tibi uitam tribuit. Parcit enim sapiens, consulit & corrigit. Item facit. Quid si ignosceret, nec ignosceret, quoniā qui ignoscit, fatetur aliquid se quod fieri debuit obmisisse. Aliquem uerbis tantum admouebit pœna, non afficiet ætatem eius emendabilem inueniens. Aliquē inuidia crimine laborantē, iubebit incolumē esse, quia deceptus est, quia per uitium lapsus. Hostes dimittit saluos aliquando, etiam laudatos si honestis causis profuturi sunt. Hostes dimittit saluos aliquando, etiam laudatos si honestis causis profuturi sunt. Hostes dimittit saluos aliquando, etiam laudatos si honestis causis profuturi sunt. Hostes dimittit saluos aliquando, etiam laudatos si honestis causis profuturi sunt.

Venia
finitio.

Secundū libri & ultimi finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE VITA BEATA AD GALLIONEM FRATREM LIBER PRIMVS.



VIVERE Gallio frater omnes beate uolunt. Sed ad prouidendum quid sit, quod beatam uitam efficiat, caligat. Adeoque non est facile consequi beatam uitam, ut ab ea quisque eo longius recedat, quo ad illam concitatus fertur. Si uia lapsus est, quæ in contrarium ducit, ipsa uelocitas maioris interualli causa fit. Proponendū est itaque primum, quid sit quod appetamus. Tunc circūspiciendum est, quæ cōtendere illo celerrime possimus, intellectu in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie proficiamus, quantoque propius ab eo sumus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit. Quādiu quidem passim uagamur, non duces secuti, sed fremitum & clamorem dissonum in diuersa uocantium, conteritur uita inter errores, breuis, etiam si dies noctesque bonæ menti laboremus. Decernatur itaque & quo tendamus, & qua, non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quæ pcedimus. Quoniā quidem non eadem hic, quæ in cæteris peregrinationibus conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare. At hic tritissima quæque uia & celeberrima maxime decipit. Nihil ergo magis præstandū est, quæ ne per eorum ritum sequamur antecedentium gregem, pergentes non quo eundem, sed quo

fals. pfigit

itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quæ quod ad rumorem componitur, optima ratio ea, quæ magno assensu recepta sunt, quodque exempla pro bonis multa sunt, nec ad rationem, sed ad similitudinē uiuimus. Inde ista tanta coaceruatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominū magna euenit, cum ipse se populus premit. Ne mo ita cadit, ut non alium in se attrahat. Primi exitio sequentibus sunt. Hoc in omni uita accidere uideas, licet nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum unusquisque mauult credere quæ iudicare, nunquid de uita iudicatur, semper creditur. Versatque nos & præcipitat traditus per manus error, alienisque perimus exemplis. Sanabimur, si modo separemur a cœtu. Nunc uero stat contra rationem defensor mali sui populus. Itaque idem euenit quod in comitijs, in quibus eos factos prætores idem qui fecere mirantur, cum se mobilis fauor circumegit. Eadē probamus, eadem repræhendimus. Hic exitus est omnīs iudicij in quo secundū plures datur, cum de beata uita agitur. Non est quod mihi illud dissonum more respondeas. Hæc pars maior esse uidetur. Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant. Argumentū pessimi turba est, quarum quid optime factum sit, non quid usitatissimū, & quod nos in possessione felicitatis æternæ constituat. Non quid uulgo ueritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autem tam chlamydatos quæ coronatos uoco. Non enim colorem uestium quibus prætexta corpora sunt aspicio. Oculis de homine non credo. Habeo melius certiusque lumen, quo a falsis ueritatibus diiudicem. Animi bonum, animus inueniat. Hic si nunquid illi respirare & recedere in se uacauerit, O quæ sibi ipse uerum, tortus a se, fatebitur, ac dicet, quicquid feci adhuc infestum esse mallem. Quicquid dixi cum recogito, in multis uideo. Quicquid optaui, inimicorū execrationem puto. Quicquid timui, dijs boni, quanto leuius fuit, quæ quod concupiui. Cum multis amicitias gessi, & in gratiam ex odio (si modo ulla inter malos gratia est) redi, mihi ipsi non dūdū amicus sum. Omnē operam dedi, ut me multitudinē educerem, & aliquam dotem notabilem facerem. Quid aliud quæ telis me opposui, & maliuolentia, quod morderet ostendit? Vides tu istos, qui eloquentiā laudant, qui opes sequuntur, qui gratia adulantur, qui potentiam extollunt? Omnes autem sunt hostes, aut (quod in æquo est) esse possunt. Quam magnus mirantiū, tam magnus inuidentiū populus est. Quin potius quero aliquid usu bonum quod sentiam, non quod ostendam. Ista quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, in terroris misera sunt. Quarum aliquid non in specie bonū, sed solidum & æquale, & a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positum est, inuenietur. Scire tantum opus est, quo manum porrigas, Nunc uelut in tenebris uicina tranlimus, offendentes ipsa quæ desideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidē opinioniones præteribo. Nam & enumerare illas longum est, & coarguere, Nostram accipe. Nostrā uero cum dico, non alligo me ad unū aliquem ex Stoicis proceribus. Est & mihi censendi uis, itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere. Fortasse & post omnes citatus nihil improbabo, ex his quæ priores decreuerint, & dicā. Hæc amplius censeo. Interim quod inter omnes Stoicos conuenit, rerum naturæ assentio. Ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplūque formari, sapientia est. Beata est ergo uita cōueniens naturæ suæ, quæ non aliter contingere potest, quæ si primū sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ. Deinde sit fortis ac uehemens, tum pulcherrima & patiens apta temporibus corporis sui pertinentiūque, ad id, curiosa non anxia, tamen illarū rerum, quæ uita tam instruunt, diligens sine admiratione, cuiuscumque usura fortunæ muneribus, non seruitura. Intelligis etiam si non ad iudiciam, sequi, perpetuam tranquillitatem, libertatem. Depulsis his quæ aut irritant nos, aut tentant nos. Nam pro uoluptatibus & pro illis quæ parua aut fragilia sunt, & in ipsis flagitijs noxia, Ingens gaudium subit, inconcussum, & æquale, & pax cum cōcordia animi, & magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim est infirmitate feritas est. Potest aliter quoque definiri, bonum nostrū, id est, eadem sententia non isdem comprehendendi uerbis. Quemadmodum idem exstruimus modo latius pandit, modo in angustum coartatur. Et aut in cornua sinuata, media parte curuatur, aut recta fronte explicatur, Vis illi, ut cūque ordinatus est, eadem est, & uoluntas pro eisdem partibus standi.

Meliora raro
placebunt pluribus

fals. explicare

bus standi. Ita diffinitio summi boni alias diffundi potest & porrigi, alias colligi, & in se cogi. Idem utiq; erit si dixerō. Summū bonum est animus fortuita despiciens, uirtute laetus, in inuitia uis animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa, & conuersantium cura. Liber itaq; diffinire, ut beatum dicamus hominem illum, cui nullum bonum malumq; sit, nisi bonus malusq; animus. Honesti cultor, uirtute cōtentus, quem non extollunt fortuita nec frangunt, qui nullum maius bonum eo quod sibi ipsi dare potest, nouerit, cui uera uoluptas erit, uoluptatum cōtempitio. Licet si euagari uelis, idem in aliam atq; aliam faciem, salua & integra potestate, transferre. Quid enim phibet nos beatum dicere liberum animum, & erectum, & interitū, ac stabilem extra metum, extra cupiditatem positum? Cui unum bonum sit honestas, unum malum turpitudō? Cetera uilis turba rerum. Nec detrahens quicq; beata uitā, nec ad iudiciū, sine auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens. Hunc ita fundatum necesse est uelit nolit, sequatur hilaritas continua, & laticia alta, atq; ex alto ueniens, ut quae suis gaudeat, nec maiora honesticis cupiat. Quid ne ista penlet bene cum minutis & friuolis, & non per seuerantibus corpusculi motibus? Quo die infra uoluptatem fuerit, & infra dolorē erit. Vides autem qm̄ malam & noxiam seruitutē seruiturus sit, quae uoluptates, doloresq; in certissima dominia, impotentissimaq; alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est. Hanc non alia res tribuit, q̄ fortunae negligentia. Tum illud oritur inestimabile bonum, quies mentis in tuto collocata, & sublimitas, expulsiq; terroribus ex cognitio, ne ueri gaudium grande, & imotum comitantq;, & diffusio animi quibus delectabitur non ut bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quonia liberaliter agere coepi, potest beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis. Quonia & laxa timore & tristitia caret, nec minus pecudes. Non ideo tamen quisq; felicia dixerit, quibus non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines, quos in numerū pecorum & animalium redegit hebes natura, & igno ratio sui. Nihil interest, inter hos & illa. Quonia illis nulla ratio est. His praua, & malo uia atq; in puerum solers. Beatus enim nemo dici potest, extra ueritate proiectus. Beata ergo uita est in recto certoq; iudicio stabilita & imutabilis. Tunc enim pura mens est, & soluta omnibus malis, cum non tantum lacerationes, sed etiam uellicationes effugerit, statuta semper ubi constitit, ac sedem suam etiā irata & infestante fortuna uendicatura. Nam quod ad uoluptatem pertinet, licet circūfundat undiq;, per omnes uias influat, animumq; blandimentis suis leniat, alia que ex alijs admoueat, quibus totas quoq; partes nostri sollicite nō curat, quis mortalium cui ullū superest hominis uestigium, per diem nocteq; titillari uelit, & deserto animo, corpori operam daret? Sed & animus quoq;, inquit, uoluptates habebit suas. Habeat sane, sed eatq; luxuria & uoluptatum arbiter, impleat se omnibus eis, quae oblectare sensus solent. Deinde praeterita respiciat, & exoletarum uoluptatum memor exultet prioribus, futurisq; iam imeritat. Ac spes ordinet suas. Et dum corpus in praesenti sagina iacet, cogitationes ad futura praemittat. Hoc mihi uidetur miserius, quoniam mala pro bonis amplecti dementia est. Nec sine sanitate quisq; beatus est, nec sanus, cui offutura pro optimis appetuntur. Beatus est ergo iudicij rectis. Beatus est praesentibus, qualiacūq; sunt, cōtentus, amicisq; rebus suis. Beatus his cui omnem habitum rerum suarum ratio cōmendat. Vide autem & in illis qui summum bonum uoluptatem dixerint, q̄ turpi illud loco posuerint. Itaq; negant posse uoluptatem & a uirtute deduci, & aiunt, nec honeste quocūq; uiuere ut non iucunde, nec iucunde ut non honeste quoq;. Non uideo quomodo ista diuersa in eandem copulam consiuntur. Quid est oro uos, cur separari uoluptas a uirtute nō possit: uidelicet quod omne bonis ex uirtute principium est. Ex huius radicibus etiam ea quae uos & amatis & expetitis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non uideremus, quaedam iucunda sed nō honesta. Quaedam uero honestissima sed aspera, per dolores exigenda. Adhuc nunc, quod uoluptas etiam ad uitam turpissimā uenit. At uirtus malam uitam non admittit. Et infelices quidam non sine uoluptate immo ab ipsa uoluptate sunt, quod non euenierit si uirtuti se uoluptas immiscuisset. Quia uirtus saepe caret, nunq; indiget. Quid dissimilia immo diuersa componitis. Altum quiddam est uirtus, excelsum, & regale, inuictum, infatigabile. Voluptas, humile, seruire, imbecillum, caducum, cuius

Velit nolit.

cum, cuius statio ac domicilium fornices & popinae sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris statem, puluerulentā, coloratam, callosas habentē manus. Voluptatem latitantem sapius, ac tenebras captantē. Circa balnea ac sudatoria, ac loca adibilem metuentia, mollem, eneruem, mero atq; unguento madentem, pallidam ac fucatam, & medicamentis pollutam. Summū bonum immortale est, nescit exire, nec fatietatē habet, nec poenitentiam. Nunq; recta mens uertitur, nec sibi odio est, nec quicq; mutauit, quia semper secuta est, optima. At uoluptas, tunc cū maxime delectat, extinguitur. Nec multum loci habet, itaq; cito implet, & tedio est, & post primum impetum marcet. Nec id unq; certū est, cuius in motu natura est. Ita non potest quidem ulla eius esse substantia, quod uenit transitu celerrime in ipso usu sui periturum. Eo em̄ peruenit, ubi desinit, & dum incipit, spectat ad finē. Quid quod tam bonis q̄ malis uoluptas inest. Nec minus turpes dedecus, q̄ honestos egregia delectant. Ideoq; praeeperit ueteres optimam sequi uitam, non iucundissimam, ut rectae ac bonae uoluntatis non dux, sed comes uoluptas sit. Natura em̄ duce utendum est. Hanc ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate uiuere, & secundū naturam. Hoc quid sit, iam aperiam, si corporis dotes & apta naturae conseruabimus diligenter, & impauida tanq; in diem data & fugacia, si nō subierimus eorum seruitutem, nec nos aliena possederint, si corpori grata & aduentitia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia & armatura leuis. Seruiant ista, nō imperent. Ita demum utilia sunt menti. In corruptus uir sit externis & insuperabilis, miratorq; sui, tantum fidens animo atq; in utroq; paratus artifex uitae. Fiducia eius nō sine scientia sit, non sine constantia. Maneant illi semel placita, nec ulla in decretis eius licentia sit. Intellegitur (etiam si non adiecero) compositum ordinatumq; fore talem uirum, & in his quae aget cum comitate magnificū, erit uera ratio sensibus inista, & capies inde principia. Nec em̄ habet aliud unde conetur, aut unde ad uerum, impetū capiat, & in se reueratur. Nam mundus quoq; cuncta complectens, rectorq; uniuersi deus, in exteriora quidem tendit & redit. Idem nostra mens faciat, cū secuta sensus suos per illos se ad externa porrexit, & illorū & sui potens sit. Hoc modo una efficitur uis ac potestas cōcors sibi, & ratio illa certa nascetur, non diffidens, nec haesitans in opinionibus comprehensionibusq;, nec in sua persuasione. Quae cum se disponit, & partibus suis consentit, & in ita dicam concinit, summum bonum tetigit. Nihil em̄ prauū, nihil subiti superest, nihil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo. Nihilq; inopinatum faciet. Sed quicquid aget, in bonum exiit facile & parate, & sine tergiversatione agentis. Nā pigritia & haesitatio pugnam & inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profitearis, summum bonum esse animi concordiam. Virtutes em̄ ibi esse debebant, ubi consensus atq; unitas erit. Dissident uitia, sed tu quoq;, inquis, uirtutem, non ob aliud colis, q̄ quia aliquam ex illa speras uoluptatem. Primum non si uoluptate praestatura uirtus est: ideo propter hanc petitur. Nō em̄ hāc praestat, sed nec huic laborat. Sed labor eius quibus aliud petat, hoc quoq; assequet. Sicut in agro quod legitur percissum est aliquid flores internascuntur: Non tamen hic herbulae quibus delectet oculos tantū operis in sumptū est. Aliud fuit serentij propositū. Hoc superuenit. Sic uoluptas non est merces, nec causa uirtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet, sed quia placet, delectat. Summū bonum in ipso iudicio est, & habitu optimae mentis, quae cum finem impleuit, & in finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonū, nec quicq; amplius desyderat. Nihil est extra totum, non magis q̄ ultra finem. Itaq; erras cū interrogas, quid sit illud propter quod uirtutem petam. Quæris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petā extra uirtutem ipsam. Nihil enim habet melius, ipsa precij sui est. An hoc parum magnū est? Cum tibi dicam summum bonum est, infrangibilis animi rigor, & prouidentia, subtilitas, sanitas, & libertas, concordia, & decor: aliquid etiam nunc exigis maius ad quod ista referuntur? Quid mihi uoluptatem nominans? hominis bonum, quere non uentris, qui pecudibus ac beluis laxior est. Dissimulas, inquit, quid a me dicatur. Ego enim nego quemq; posse iucunde uiuere, nisi simul & honeste uiuat. Quod non potest mutis contingere animalibus, nec bonum suum cibo metientibus. Clare, inquit, ac palam testor hanc uitam, quam ego iucundam uoco, non sine adiecta uirtute contingere. At

Att. adilem.

Quid sit summū bonum.

I 2 quis

quis ignorat plenissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos, & nequitiam abundare iucundis, animumque ipsum non tantum genera uoluptatis praua, sed multa suggereret. In primis insolentiam & nimiam estimationem sui, tumorque elatum supra ceteros, & amorem rerum suarum caecum & inprouidum. Delicias fluentes ex minimis ac puerilibus causis, exultationem, iam dicacitatem & loquacitatem, ac superbiam contumelias gaudentem, desiderium, dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. Haec omnia uiruti discutit, & aurem peruellit, & uoluptates aestimat, antequam admittat, nec quas probauit, magni pendit. Vtque enim admittit, nec usu earum, sed temperantia lata est. Temperantia autem cum uoluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem complecteris, ego compesco. Tu uoluptate fruere, ego uitor. Tu illum summum bonum putas ego nec bonum. Tu omnia uoluptatis causa facis, ego nihil. Cum dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis uoluptatem. Non uoco autem sapientem supra quem quicquid est, nedum uoluptas, ar qui ab hac occupatus, quomodo resistet labori, ac periculo, aegestati, & tot humanam uitam circumstrepentibus minis? Quomodo conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fragores, & accerrimorum hostium, tam molli aduersario uictus? Quicquid uoluptas suaserit, faciet Age, non uides quae multa suasura sit. Nihil, inquis, poterit suadere turpiter, quia adiuncta uirtuti est. Non tu uides iterum quale sit summum bonum, cui custode opus est, ut bonum sit? Virtus autem quomodo uoluptatem reget, quam sequatur, cum sequi parentis sit, regere imperantis. A tergo ponis, quod imperat. Egregium autem uirtutis apud nos officium, uoluptates praestare. Sed uidebimus an apud quos tam contumeliose tractata uirtus est, adhuc uirtus sit, quae habere nomen suum non potest, si loco cessit. Interim de quo agitur multos ostendam uoluptatibus obessos, in quos fortuna omnia mutata sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Alpice Nomentanum & Apicium, terrarum ac maris (ut isti uocant) bona conquerentes, & super mensam recognoscentes omnium generum animalia. Vide hos eisdem successuros, expectantes popinam suam aures uocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum delectantes, mollibus lenibusque somētis, totum lacessitur eorum corpus. Et ne nares interim cessent, odoribus uarijs inlicitur locus ipse, in quo luxuria pareratur. Hos esse in uoluptatibus dices, nec tantum illis bene erit, quia non bono gaudent. Male, inquit, illis erit, quia multa interueniunt, quae perturbant animum. Et opinioniones inter se contrariae mentē inquietabant. Quod ita esse concedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti, & inequales, & sub icctu poenitentiae positi, magnas percipiunt uoluptates. Vt fatendum sit, tam longinquum illos ab omni molestia abesse, quam bona mente. Et (quod plerisque contingit) hilarem insaniam insanire, ac per risum furere. At contra sapientium remissa uoluptates & modestae, ac pene languidae sunt compressaeque, & uix notabiles. Vt quae neque accersitae ueniant, nec quamuis per se accesserint, in honore sint. Neque ullo gaudio percipientium exceptae. Miscent enim illas & interponunt uitam, ut ludum iocumque inter seria. Desinant ergo inconuenientia iungere, & uirtuti uoluptatem implicare. Per quod uitium pessimum quibuscumque adulantur. Ille effusus in uoluptates, ac uagabundus semper atque ebruius, quia scit se cum uoluptate uiuere, credit & cum uirtute, audit enim uoluptatem a uirtute separari non posse. Deinde uitij suis sapientiam inscribit, & abscondenda profitetur. Ita non ab Epicuro repulsi luxuriantur, sed uitij dediti luxuriam suam in philosophia sine abscondunt. Et eo concurrunt, ubi audiant laudari uoluptatem. Nec aestimabitur uoluptas illa Epicuri. Ita mehercules enim sentio, quae sobria ac sicca sit, sed ad nomen ipsum aduolant, querentes libidinis suis patrociniū aliquod ac uelamentum. Itaque quod unum habebant in malis bonum, perdunt peccandi uerecundiam. Laudant etenim ea quibus erubescant, & uitio gloriantur. Ideoque ne refurgere adolescentia licet, cum honestus turpi desideria titulus accessit. Haec est cur ista uoluptatis laudatio perniciose sit, quia honesta praecepta intra latet, quod corruptum apparet, mea quidem ipsa sententia, sunt (inuitis haec nostris popularibus dicam) sancta, Epicurum & reueta praecipere, & si propius accesseris, tristitia. Voluptas enim illa ad primum & exile reuocatur. Et quae nos uirtuti legem dicimus, eam ille dici uoluptati iubet. Illam parere naturam. Parum est autem luxuria,

luxuria, quod natura satis est. Quid ergo est ille quisquis desideriosum otium, & gulae ac libidinis uices foelicitatem uocat? Bonum mala rei querit authorem, & dum ille uenit blando nomine inductus, sequitur uoluptatem, non quam audit, sed quam attulit. Et uirtus sua cum ceperit putare similia praeceptis, indulget illis, non timide, nec obscure luxuria, etiam inoperto capite. Itaque non dico quod plerique nostrorum, se cum Epicuri flagitiorum magistrum esse. Sed illud dico male audit, Infamis est, & immerito. Nec hoc scire quisque potest, nisi interuadmissus erit. Frons ipsa dat loci fabulae, & ad mala spem irritat. Hoc tale est, quale uir fortis stola indutus. Constante tibi pudicitia ueritas salua est. Nulli corpus tuum impudicitiae uacat, sed in manum tympanum est. Titulus itaque honestus eligatur, & inscriptio ipsa excitans animum ad ea repellenda quae statim uenerunt uitia. Quisquis ad uirtutem accessit, dedit generosam indolis spem. Qui uoluptate sequitur uidetur eneruis, fractus, degenerans, uix peruenturus in turpia, nisi aliquis distinxerit illi uoluptates. Vt sciat quae ex eis intra naturale desiderium desistant, quae in praeceptis ferantur, in finemque sint, & quo magis implentur, eo magis inexplebiles sunt. Agedum uirtus antecedit, tutum erit omne uestigium, & uoluptas nocet nimia, in uirtute non est uerendum, ne quid nimium sit, quia in ipsa est modus. Non est bonum quod magnitudine laborat sua, rationabilem porro placitis naturam, quae melius res, quam ratio proponitur. Et si placet illa iunctura. Si hoc placet, scilicet ad beatam uitam ire comitatum. Virtus antecedit, comitetur uoluptas, & circa corpus, ut umbra uersetur. Virtutem quidam excellentissimam omnium uoluptati tradidere ancillam. Nihil magnum animo capiētis est. Prima uirtus ad haec ferat gloria. Habemus nihilominus uoluptatem, si domini eius & temperatores erimus. Aliquid nos exorabit, nihil coget. At hi qui uoluptati tradidit principia, utroque caruere. Virtutem enim amittunt. Ceterum non ipsi uoluptatem, sed ipsos uoluptas habet. Cuius aut inopia torquentur, aut copia stragulantur. Miseri, si deseruntur ab illa, miseresiores si obruuntur. Sicut deprehensi mari Syrtico, modo in sicco relinquantur, modo torrente unda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, & amore caecae rei. Nam mala pro bonis petenti periculosum est assequi. Vt feras cum labore periculoque ueniamur, & captarum quoque illarum sollicita possessio est. Saep enim laniant dominos. Ita habetis magna uoluptates in magnum malum euasere, captaeque ceperere. Quae quo plures maioreque sunt, eo ille minor. Ac plurimum seruus est, quem felicem uulgus appellat. Permanere licet in hac etiam nunc huius rei imaginem, quemadmodum qui bestiarum cubacula indagar, & laqueo captare feras magno aestimat, & magnos canibus circumdare saltus, ut illarum uestigia praemat, potiora deserit, multisque officijs renunciat. Ita qui sectatur uoluptatem, omnia postponit, & primam libertatem negligit, ac pro uirtute dependit. Nec uoluptates sibi emit, sed se uoluptatibus uendit. Quid tamen, prohibet in unum uirtutem uoluptatemque confundi, & ita effici summum bonum? Et idem & honestum & iucundum sit? Quia pars honesti non potest esse nisi honestum & iucundum sit. Nec summum bonum habebit sinceritatem suam, si aliquid in se uiderit dissimile meliori. Nec gaudium quidem quod ex uirtute oritur, quibus bonum sit, absoluti tamen boni pars est, non magis quam laetitia tranquillitas, quibus ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona, sed consequentia summum bonum, non consumantia. Qui uero uoluptatis ueritatibus societatem facit, & ne ex aequo quidem, fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est uerat, libertatemque illa uoluptas. Ita demum si nihil se preciosius nouit, in uitam sub iugum mittit. Nam quod maxima seruitus est incipit illi opus esse fortuna. Sequitur uita anxiosa, suspitiosa, trepida, casum pariens. Temporū suspensa momenta sunt. Non das uirtutis fundamentum graue, immobile, sed iubes illam in loco uolubili stare. Quid autem tam uolubili est, quam fortuitorum expectatio, & corporis rerum corpus afficientium uarietas? Quomodo hic potest deo parere, & quicquid euenit bono animo excipere. Nec de fato queri casuum suorum benignus interpret, si ad uoluptatum dolorumque punctiunculas concitatur? Sed nec patria quidem bonus tutor, aut uindex est, nec amicorum propugnator, si ad uoluptates uerget. Illo ergo sum-

† Forte eneruat.

13 mum Bonū

Deū sequere

mum bonum ascendat, unde nulla ui detrahitur, quo neq; dolori, neq; spei, nec timori sit aditus. Nec ulli rei quæ deterius summi boni ius faciat. Ascendere autē illo sola uirtus potest. Illius gradu citius iste frangēdus est. Illa uirtus fortiter stabit, & quicquid eueniret feret, non patiens tantum, sed etiam uolens. Omnemq; temporum difficultatem sciet legem esse naturæ. Et ut bonus miles feret uulnera, enumerabit cicatrices, & transferberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, Imperatorem. Habebit in animo illud uetus præceptum, deum sequere. Quisquis autem cogitur, queritur, & plorat, & gemit imperata facere, ui cogitur, & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ autem de mentia est potius trahi q̄ sequi: Tam mehercule, q̄ stultitia & ignorantia, conditionis suæ dolere, qd aliquid tibi incidit durius, aut æque mirari, uel indignè ferre ea, quæ tam bonis accidunt q̄ malis. Morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transferberatu in uitam humanam incurrentia. Quicquid ex uniuersa cōstitutione patiendum est, magno nisu eripiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalitatem, nec perturbari his quæ uitare nostræ potestatis non est. In regno libertas non est. In regno nati sumus, deo parere libertas est. Ergo in uirtute posita est uera felicitas. Quid hæc tibi uirtus suæ debet? Ne quid aut bonum, aut malum existimes, quod nec uirtute, nec malitia contineret. Deinde ut sis immobilis, & cōtra malum & ex bono, ut qua fas est, deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione, pmittitur: Ingentia & æqua diuina. Nihil cogitis, nullo indigebis, liber eris, tutus, indemnis. Nihil frustra tentabis, nihil phibeberis. Omnia tibi ex iententia cedent. Nihil aduersum accidet. Nihil cōtra opinionem ac uoluntatē. Quid ergo uirtus ad uiuendum beate sufficit perfecta illa & diuina? Quid ni sufficiat, immo superfluat. Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad uirtutem tendit, etiam si multum processit, opus est aliqua fortunæ indulgentia. Adhuc inter humana luctandum nodum illum exoluat, & omne uinculum mortale. Quid ergo interest, quod a me alligati sunt alij, alij alij, distincti quoq;. Hic qui ad superiora progressus est, & se altius extulit, laxam cathenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero. Si quis itaq; ex istis qui philosophiā conlatrant, quod solent dixerint. Quare ergo tu fortius loqueris quā uiuis? Quare ex superiori uerba sumis, & ad pecuniam necessariam tibi instrumentum existimas, & damno moueris, & lachrymas, audita coniugis aut amici morte, demittis, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? Quare cultus tibi est quam naturalis usus desiderat? Cur non ad præscriptum tuum cenas? Cur tibi nitidior supellex est? Cur apud te uinum ætate tua uetustius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter umbram nihil daturæ conseruantur? Quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Quare pedagogus præciosa ueste succingitur? Quare ars est apud te ministrare, nec temere, & ut libet collocatur argentum, si perite seruatur, & aliquis est scindēdi obsonij magister? Adijce si uis cur trans mare possides? Cur plura quā nosti possides? turpiter, aut tam negligens es, ut nō noueris pauculos seruos. Aut tam luxuriosus, ut plures habeas, q̄ quorum noticiæ memoria sufficiat. Ad iuuabo postmodum conuitia, & plura mihi q̄ putas obijciam, Nunc hoc respondeo tibi, non tanq̄ sapiens solum, sed ut maliuolentiam tuam pascam. Nec erro, Exigo itaq; a me ut nō optimis par sim, sed ut malis melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex uitij meis demere, & errores meos obiurgare. Non perueni ad sanitatem, ne per ueniā quidem, delinimenta magis q̄ remedia podagra mea compono, contentus si raris acicidit, & si minus uera minatur. Vestris quidē pedibus comparatus debilis cursum sum. Hæc pro me non loquor. Ego enim in alto uitiorum omnium sum, sed pro illo, cui aliquid apti est. Aliter, inquit, loqueris, Aliter uiuis. Hoc per malignissima capita, & optimo cuiq; inimicissima, Platoni obiectum est, Obiectum Epicuro, Obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi uixerunt, sed quæ admodum ipsi uiuendum esset. De uirtute non de me loquor. Et cum uitij conuictum facio, in primis meis facio, cum potuero, uiuam quomodo oportet. Nec malignitas me ista multo ueneno astincta

Alt. irata aut uere.

Alt. acti.

ueno astincta deterrebit ab optimis. Nec uirus quidem istud, quo alios spergitis uos necatis, ne impediet, quo minus perseuerem laudare uitam, non quam ago, sed quam agendam scio, quo minus uirtutem adorem, & ex interuallo ingenti reprobundus sequar. Expectabo scilicet ut quicq; maliuolentia inuiolatum sit, cui facer nec Rutilius fuerit, nec Cato? Cur & aliquis non istis diues nimis uideatur, quibus Demetrius Cynicus parum pauper est? O uirum acerrimum & contra omnia naturæ desideria pugnantem, hoc pauperiore q̄ cæteros cynicos, quod cum sibi interdixerit habere, interdixit & poscere. Negant satis sapientem egere. Vides enim non uirtutis scientiam, sed ægestatis professus est. Diodorum Epicurū philosophū, qui intra paucos dies, finem uitæ suæ manu sua imposuit, Negant ex decreto Epicuri fecisse, quod sibi gulam præcidit. Alij de mentiam uideri uolunt factum hoc eius, alij temeritatem. Ille interim beatus, ac plenus bona conscientia Reddidit sibi testimonium præcedens uita laudabilisq; eius ætatis in portu, & ad ancoram uitæ actæ quies, & dixit quid uos inuidi audistis? quasi uobis quoq; faciendum sit. Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. De alterius uita, de alterius morte disputatis, & ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem uitorū, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes latratis. Expedit enim uobis ne minem uideri bonum, quasi aliena uirtus exprobratio delictorum omnium sit. Inuidi splendida cum fordis uestris confertis. Nec intelligitis quanto id uestro detrimento audiatis. Nam si illi qui uirtutem sequuntur, auari, libidinoli, ambitiosiq; sunt, quid uos estis, quibus ipsum nomen uirtutis odium est? Quid mirum quom loquantur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates euadentia, cum refigere se crucibus contentur, in quas unusquisq; uestrum clauos suos ipse adijcit. Ad supplicium tamen acti stipitibus, singuli pendunt. Hi qui in seipos animaduertunt, quot cupiditatibus, tot crucibus distrahuntur, at maledicti, in alienam contumeliam uenuti sunt? Crederem uel hoc negare, nisi quidam ex patibulo suos spectatores conspuerunt. Non præstant philosophi quæ loquuntur, multum tamen præstant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam quidem si & paria dictis agerent, quid esset illis beatus? Interim non est, quod cōtemnas bona uerba, & bonis cogitationibus plena præcordia. Studiū salutarium, etiam affectuum laudanda tractatio est. Quid mirum, si non ascendunt in altum ardua aggressi? sed uires suspice, etiam si decidunt magna conantis. Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ uires, conari alta, tentare, & mente maiora concipere, quam etiam ingenti animo adornatis effici possint. Quis sibi proposuit hæc? Ego mortem eodem uultu audiam, quo iubebo & uidebo? Ego laboribus quantūq; illi erunt parebo, animo fulciens corpus. Ego diuitias & præsentis & absentes aque contemnā. Nec si alicubi iacebunt tristior, nec si circa me fulgebunt animo ducor. Ego fortunā nec uenientem sentiam, nec recedentem. Ego terras omnes tanq̄ meas uidebo, meas tanq̄ omnium. Ego sic uiuam, quasi sciam alijs me natum, & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negocium meum agere potuit? unum me donauit omnibus, uni mihi omnes. Quicquid habebō, nec forside custodiam, nec prodige spargam. Nihil magis possidere me credam, quam bene donata, non numero, nec pondere beneficia, nec ulla nisi accipientis æstimatione perpendam. Nunquā id mihi multum erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientia faciam, populo spectante fieri credam, quicquid me conscio faciam. Edendi erit, bibendiq; finis, desideria naturæ restingere, non implere alium & exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis mitis & facilis, exorabor anteq̄ rogor, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundū sciam, & præsidēs deos hos supra me, circa quæ me stare, factorum dictorumq; censores. Quandocūq; autem natura spiritū repeteret, aut ratio dimitteret, testatus exibo, bonam me conscientia amasse, bona studia, nullius per me libertatē diminutā, a nemine meam. Qui hoc facere proponit, uolet, tentabit, ad deos iter faciet. Nec ille etiam si non tenuerit, magnis tamen excidit causis. Vos quidē qui uirtutē cul-

Diodorus Epicurus philosophus.

Alt. Animo fior.

torēq; eius odistis, nihil noui facitis. Nam & solem lumina agra formidant, & auersant diem splendidum Nocturna animalia, quae ad primū eius ortum stupent, & latibula sua passim petunt, abducuntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite, & infelicem linguam bonorum exercete conuictio. Instate, commordete, citius multo frangeritis dentes, qui im primetis. Quare ille philosophiae studiosus est, & tam diues uitam agit: Quare opes cō tenendas dicit, & habet? uita contemnenda putat, & tamen uiuit: Valitudinem contē nendam, & tamen illam diligentissime tuetur, atq; optimam mauult: Et exilium nomē uanum putat, & ait, quid est enim mali mutare regiones? & tamen senescit in patria: Et inter longius tempus & breuius nihil interesse iudicat. Tamen si nihil prohibet, exten dit aetatem, & in multa senectute placidus uiuit. Ait ista debere contemni, nō ne habeat, sed ne sollicitus habeat. Non abiget illa a se, sed abeuntia securus profectur. Diuitias quidem ubi tutius fortuna deponet q̄ ibi, unde sine quarela redderis receptura est: Marcus Cato cum laudaret Curium & Coruncanū, & saeculum illud in quo nec fordidū crimen erat, paucae argenti armilla, Possidebat ipse quadragies festeritū, minus sine dubio q̄ Crassus, plusq; censorius Cato, maiore spatio si comparentur proauum uicerat q̄ a Crasso uinceretur. Et si maiores illi obuensent opes, non spreuisset. Nec enim se sapi ens indignū ullis muneribus fortuitis putat. Non amat diuitias, sed mauult. Non in animū illam gazam, sed in domum recipit. Nec respuit possessas diuitias, sed contemnit Et maiorem uirtutis suae materiam subministrari uult. Quid autem dubij est, quin mai for materia sapientis uiro sit animum explicandi suum in diuitijs q̄ in paupertate? Cum in hac unum genus uirtuti sit, non inclinari, nec deprimi. In diuitijs & temperantia, & liberalitas & diligentia, & dispositio, & magnificentia, campum habeat patentem. Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minima statura, esse tamen se procerum uellet, & exilis corpore ac amisso oculo ualebit, mallet tamen sibi corporis esse robur. Et haec ita, ut sciat esse aliud in se ualentius, malam ualitudinem tolerabit, bonam optabit. Quae dam enim etiam si in summā rei parua sunt, ut & subduci sine ruina principalis boni possint, ad hūc tamen aliquid ad perpetuam laetitiam, & ex uirtute nascunt. Sic illum ad faciunt diuitiae & exhilarant, ut nauigantem secundus & ferens uentus, ut dies bonus, & in pruina ac frigore apricus locus. Quis porro sapientium nostrorū dico, quibus unū est bonū uirtus, negat etiam haec quae in differentia uocamus, habere in se aliquid praecij, & alia alijs esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdā multum. Ne erres, itaq; in terra potiora diuitiae sunt. Quid ergo, inquis, me derides? cū eundem apud te locum habeant, quem apud me? Vis scire quod non habeant eundem locū, mihi diuitiae si effluxerint, nihil auferent, nisi semetipsas. Tu Stupebis, & uideberis tibi sine te relictus, si illae a te recesserint. Apud me diuitiae meae sunt. Apud me diuitiae aliquem locum habeant, Apud te summā, Ad postremū, diuitiae meae sunt, tu diuitiarū es. Desine ergo philosophis pecuniam interdiceret. Nemo sapientem paupertate damnauit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detrahas, nec alieno sanguine cruentas, sine cuiusq; iniuria partas, sine sordidis quaestibus, quarum tam honestus sit exitus, q̄ introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. Inquantū uis exaggeras illas, honestae sunt, in quibus cum multa sint quae quisq; sua dicere uelit, nihil est quod quisq; suū possit dicere. Ille uero fortunae benignitate a se nō submouebit, & patrimonio p honesto quaesito, nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo gloriatur, si aperta domo & admissa in res suas ciuitate poterit dicere, quod quisq; agnouerit, tollat. O magnum uirum optime diuitem, si post hanc uocem tantundem habuerit, ita dico, si tuto & securus scrutationem populo praebuerit. Si nihil quisq; apud illum inuenierit, quo manus inicit, audacter & propalam erit diues. Sic sapiens nullum denarium intra limen suum admittit male intratē, Idem magnas opes munus fortunae fructusq; uirtutis nō repudiabit, nec excludet. Quid em̄ est, quare illis bonum locum inuideat, ueniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec abscondet. Alterū infruniti animi est, alterum timidi, & pusilli uelut magnum bonum intra sinum continentis, nec, ut dixi, eijcit illas e domo.

Quid enim

Quid em̄ dicit? utrum ne inuitiles estis, an ego uti diuitijs nescio? Quemadmodū qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen uehiculū mallet, Sic pauper si poterit esse diues uolet, & habebit utiq; opes sed tanq; leues & auolaturas, nec ulli aliq; nec sibi graues esse patietur. Quid donabit? erexitis aures. Quid expeditis sinum? Donabit aut bonis, aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eliget, ut qui meminert tam expensorum q̄ acceptorum rationem esse reddendā. Donabit ex recta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant, & nihil excidat, Errat, si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuit, non casu & impetu spargitur. Hunc pmereor. Illi credo. Huic succuro. Huic misereor. Illum instruo, Dignum quem nō diducat paupertas, nec occupatum teneat. Quibusdam non dabo quauis desit, quia etiam si dederō, erit defecturum. Quibusdam offeram, Quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac esse negligens, nunq; magis nomina facio, q̄ cum dono. Quid tu, inquis, recepturus donas? immo non perditurus. Eo loco sit donatio, unde repeti nō debeat, reddi possit, Beneficium collocetur quae admodum thesaurus alte obrutus, quem nō eruas, nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis uiri, quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos uocat? hominibus prodesse natura iubet, serui liberine sint hi, ingenii an libertini iustae libertatis, an inter amicos, dare. Quid refert, ubicumq; homo est, sibi beneficio locus. Potest itaq; pecuniam intra limen suum diffundere, & liberalitate exercere, quae nō quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est. Hac apud sapientem, Nec unq; in turpes indignosq; impingitur, Nec unq; ita defatigata erit, ut non quotiens dignum inuenierit, quali ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiat, quae honeste, fortiter, animose, a studiosis sapientiae dicuntur. Et hoc primū attendite. Aliud est studiosus sapientiae, Aliud iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicit, optime loquor, sed adhuc inter mala uolutor plurima. Non est, quod me ad formulam meam exigas, cum maxime facio me & formo, & ad exemplar ingens attollo, si proceffero, quantum proposui, exige, ut dictis facta respondeant. Alsectus uero humani boni summam aliter tecum ager, & dicit, primum non est, quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. Mihi iam quod argumentum est recti contigit, malis displicere. Sed ut tibi rationem reddam, quam nulli mortalium inuideo, Audi quid promittam & quanti quemq; aestimem. Diuitias nego bonum esse, nam si essent bona, bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur, dici bonum non potest. Hoc illis nomen nego. Caterum & habendas esse, & utiles, & magna comoda uitae conferentes fateor. Quid ergo est? quare illas nō in bonis numerem? Et quid in illis praestem aliud, q̄ uos, quoniam inter utrosq; conuenit habendas? audite. Pone in opulentissima me domo. Pone aurum argentumq; in promiscuo usu sit. Non suspicium me ob ista, quae etiam si apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer, & inter egentes abige. Non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero confideo, qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem, an frustum panis desit, cui non deest mori posse? Quid ergo est? domum illam splendidam malo, q̄ putentē. Pone in instrumentis splendentibus, & delicato apparatu, nihilo me feliciore credam, quod mihi molle erit amiculū, quod purpura conuictijs meis substernetur. Nihilo miserius ero, si lapsa ceruix mea in manipulo foeni acquiescet, si super circense tormentum per fascinas ueteris lintei effluens incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit ostendere, praetextat & candidatus, q̄ nudis scapulis. Omnes mihi ex uoto decidant. Nouae gratulationes prioribus subtexantur, non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam poris, hinc illinc pcutiatur animus, damno, luctu, incurtionibus uarijs. Nulla homo hora sine quarela sit, non ideo me dicam inter miserissima miserum. Non ideo aliquem exacerbor diem, prouisum est enim a me, ne quis mihi alter dies esset. Quid ergo est? Majus gaudia temperare, quā dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicit. Fac me uictore uniuersarū gentiū. Delicatus ille liberi currus triumphantē usq; ad Thebas a folis ortu uehat, lura, reges penatum petant, Me hominē maxime cogitabo, cum dijs uiri diq; consultabo.

Afr. inter li/
bertas.

Afr. futuras.

diq; consultabo. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus præcipitem mutationem in alienum imponam. Feraculum, exornaturus uictoris superbi ac feri pompam, non humilior sub alieno curru agar, q̄ in meo steteram. Quid ergo est? uincere tamen, q̄ capi malo. Totum fortunæ regnum despiciam, sed ex illo si dabitur electio, meliora sumam. Quicquid ad me uenerit, bonum fiet, sed malo faciliora ac iucundiora ueniant, & minus uexatura trahant. Non est enim, quod æstimes ullam sine labore uirtutem, Sed quædam uirtutes stimulis, quædam frenis ægent. Quemadmodum corpus in procliuo retineri debet, animus in ardua impelli, Ita quædam uirtutes in procliuo sunt, quædam cliuium subeunt. An dubium sit, quin ascendat, nitatur oblectetur, patientia, fortitudo, per seuerantia, & quæcunq; alia, duris opposita uirtus est, & fortunam subigit: Quid ergo? non æque manifestum est per deum ire, liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In his continemus animum ne prolabatur. In illis exhortamur, incitamusq; accerimus. Ergo paupertati adhibebimus illas, quæ impugnatae sunt fortiores, diuitias illas diligentiores, quæ suspensum gradum ponunt, & pondus suum sustinent. Cum hoc ita diuisum sit, malo has in usu mihi esse, quæ exercendæ tranquillius sint. q̄ eas quarum experimentum sanguis & sudor est. Ergo nō ego, inquit, aliter sapiens uiuo q̄ loquor, sed uos aliter audistis. Sonus tantum modo uerborum ad aures uestras peruenit. Quid si gnificet, non quaeritis. Quid inter me stultum, & te sapientem interest? Si uterq; habere uolumus plurimum? Diuitiæ apud sapientem uirum in seruitute sunt, apud stultum imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, uobis diuitiæ omnia. Vos tanq̄ aliquis uobis aternam possessionem earum promiserit, assuecitis illis & hæretis, sapiens tunc paupertatē præcipue meditatur, cum in medijs diuitijs constitit. Nunq̄ imperator ita paci credit, ut non se præparet bello, quod etiam si non geritur, indictum est. Vos domus formosa, tanq̄ nec ardere nec ruere possit, insolentes, uos opes tanq̄ periculum omne transcendunt, maiore sc̄q; sint, q̄ quibus consumendis satis uirium habeat fortuna, obstupesciunt. Ociosi diuitijs luditis, nec prouidetis illarum periculum, sicut barbari plarumq; inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem oblidendum spectent, nec quo illa pertinet genda, quæ ex longinquo instruat intelligunt. Idem uobis euenit. Marcetis in uestris rebus, nec cogitatis quot casus undiq; immineant, iamiamq; preciosa spolia laturi Sapienti quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet. Viuit enim presentibus lætus, futuris securus. Nihil magis Socrates, inquit, aut aliquis alius, cui idem ius aduersus humana atq; eadem potestas est, persuasi mihi, quam ne ad opinionem uestras actum uitæ meæ flectereq; solita conferte undiq; uerba, nō conuertiari uos putabo, sed uagire uelut infantes miserimos. Hæc dicit ille cui sapientia contingit, quem animus uitiorum immunitis increpare alios, non quia odit, sed in remedium, iubet. Adijciet his illa, æstimatio me uestra nō meo nomine, sed uestro mouet. Quia calamitas est odisse, & læcessere uirtutem, bonæ spei euitatio est. Nullam mihi iniuriā facitis sed ne dijs quidem, hi qui aras euertunt, sed malum propositum apparet, malumq; consilium, etiam ubi nocere non potuit. Sic uestras hallucinationes fero, quemadmodū Iuppiter optimus, maximus, inepitias poetarum, quorum alius illi alas imposuit, Alius cornua, Alius adulterum illum induxerit, & abnoctantem, Alius sæuam in deos, Alius iniuam in homines, Alius raptorem ingenuorum, corruptorem, & cognatorum quidem. Alius parricidam, & regni alieni paterniq; expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est, q̄ ut pudor hominibus peccandi demeretur, si tales deos credidissent. Sed quamq; ista me nihil lædant, uestra tamen uos moneo causa, suscipite uirtutem. Credite his, qui illum diu fecuti, magnū quiddam ipsos, & quod in dies maius appareat. sequi clamant. Et ipsam ut deos, & profectores eius ut antistes colite, & quotiens mentio sacrarum literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non ut plariq; existimant, a fauore trahitur, sed imperator silentiū ut rite peragi possit sacrum, nulla uoce mala obstrepente. Quod multo magis necessarium est imperari uobis, ut quotiens aliquid ex illo profertur oraculo, intenti & compressa uoce audiatis. Cū sistrum aliquis concuties ex imperio mentis, cū aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atq; humeros suspensa manu cruentat, cū aliqua genib⁹ p̄ uia repens ululat, lauricq; linreatus senex, & medio lucernā die p̄ferens, cōclamat, iratū aliquem deorum

aliquē deorū cōcurritis & auditis, & diuinū esse, eum inuicē mutū alentes stuporē affirmitatis, ecce Socrates ex illo carcere, quē intrando purgauit, omniq; honestiore curia redidit, p̄clamat. Quis iste furor? quæ ista inimica dijs hominibusq; natura, infamare uirtutes, & malignis sermonibus sancta uiolare? Si potestis bonos laudate, si minus transire, quod si uobis exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incurstate. Nam eum in calum insanitis, nō dico sacrilegium facitis, sed operam perditis. Præbui ego aliquid quādo Aristophani materiam iocorum, tota illa comitorū poetarum manus in me uenenatos sales suos effudit. Illustrata est manus mea, per ea ipsa, per qua petebatur. Proci duci enim illi & tentari expedit. Nec ulli magis intelligunt quanta sit, q̄ qui uires eius læcessendo senserunt. Duritia silicis nulli magis q̄ ferientibus nota est. Præbeo me non aliter q̄ rupes aliqua in uadoso mari destituta, quam fluctus non desinunt undecumq; moti sunt uerberare, nec ideo aut loco eam mouent, aut per totæ ætates crebro incursum suo consumunt. A silice facite impetum, ferendo uos uincam in ea quæ firma & insuperabilia sunt, quicquid incurrat, malo suo uim suam exercet. Proinde quaerite aliquē mollem cedentemq; materiam, in quam tela uestra figantur. Vobis autem uacat aliena scrutari mala, & sententias ferre de quoquam? Quare hic philosophus latius habitat? Quare hic lautius cœnat? papulas obseruatis alienas, obstiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum neuos, aut uerrucas derideat, quem uera scabies depascitur. Obijce Platonem, quod petierit pecuniam, Aristoteli quod accepit, Democrito, quod negligenter, Epicuro, quod consumpserit, mihi ipsi tibi alibi, & se & p̄dium obiectate. O uos usu maxime felices, cum primum uobis imitari uitia nostra cōtingit, quin potius mala uestra circumspicitis, quæ uos ab omni parte confodiunt. Alia grassantia extrinsecus. Alia in uisceribus ipsis ardentia. Non eo loco res humanae sunt, etiam si statum uestrum parum nostis, ut uobis tantum ocium superfit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet. Hæc uos nō intelligitis, & alienum fortunæ uestræ uultū geritis. Sic ut plurimū qbus in circo aut in theatro desidentibus, iam funesta domus est, nec annunciatum malum. At ego ex alto prospiciens, uideo quæ tempestates, aut imminant uobis paulo tardius rupturæ nymbum suū, aut tam uicinae ut uos ac uestra rapturæ propius accesserint. Quid porro, nonne hunc quoq; (etiam si parum sentitis) turbo quiddam animo uestris roat, & inuoluit fugientes, perentescq; eadem. Et nūc in sublimi alleuatos, nunc in infima allisos rapit. Cur nobis magno consensu uitia commendant? Licet nihil aliud quod sit salutare q̄ tentemus, proderit tamen primo in seipsum fecedere. Meliores erimus singuli. Quid quod fecedere ad optimos uiros, & aliquod exemplum eligere, ad quod uitam dirigamus licet? ad motio nota sit, tunc potest obtinere quod semel placuit, Vbi nemo interuenerit, qui iudiciū adhuc imbecillum populo adiutore detorqueat. Tunc potest æquali uitam, & uno tenore producere, quam propositis diuersissimis scindimus. Nam inter cætera mala illud pessimum est, quod uitia ipsa mutamus. Sed ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet uexatq; nos. Hoc quoq; quod iudicia nostra nō tantum praua, sed etiam leuia sunt, fluctuamus, aliudq; ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus, alternā inter cupiditatem nostram, & poenitentia uices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudicijs, & id optimū nobis uidetur, quod petitores laudatoresq; multos habet. Non id quod laudandum petendumq; est. Nec uiam bonā ac malam per se aestimamus, sed turbā uestigiū, in quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi, quid agis Seneca? deseris partes. Certe Stoici nostri dicunt, vsq; ad ultimum uitæ finem in actum erimus, non desinemus communi bono operam dare, adiuuare singulos, opem ferre etiam inimicis, eniti manu. Nos sumus, qui nullis annis uocationes damus, & quod ait ille uir disertissimus, Canicem galea premimus. Nos sumus, apud quos usq; eo nihil ante mortē otiosum est, Vt sitres patitur, nō sit ipsa mors ociosa. Quid nobis Epicuri præcepta in ipsis Zenonis principijs loqueris, quin tu bene nauiter si partium piget, transfiguris potius q̄ prodis? Hæc tibi in presentia respondebo. Nunquid uis amplius, q̄ ut me simile ductibus nostris præstem? Quid ergo est? non quo miserum me illi, sed quo duxerint, ibo. Nunc probō tibi nō descilcere me a præceptis Stoicorum. Nam ne ipsi quidem

† Afr. aliqui d
Afr. foedum.

✱

Fauete lin
guis.

a luis